








Annotationes D. M. Lutheri
in Deuteronomion Mosi

Deuteronomion, id est, secundaria lex, liber est, quem et ipse Moses appellat. Deutero. 17 ubi praecipit, ut qui futurus esset rex Israel, a Levitis acciperet hanc secundariam legem. ~~[illegible]~~ omnibus diebus in ea legeret. Et Deutero. 31 praecipit, ut singulis septem annis, quando remissio celebratur, coram toto Israel legeretur in festo tabernaculorum in loco quem elegisset dominus. Vocatur autem secundaria, non quod alia sit ab ea, quae in monte Sinai data est, sed quod iterum repetita sit per ministerium Mosi, coram iis qui priorem in monte Sinai non audierant. Siquidem illi ~~[illegible]~~ ab ipso domino eam audierant, omnes in deserto perierant. Est igitur ~~[illegible]~~ liber iste compendium Mosi et summa totius legis et sapientiae populi Israel. In quo praetermissis universis illis, quae ~~ad Levitas aut sacerdotes~~ pertinent, ea docentur quae populo et vulgo necessaria scitu sunt. Atque si propius ad nostrum usum velis libellum appellare, recte appellaveris Explanationem decalogi, plane copiosissimam et luculentissimam. Qua cognita, nihil praeterea desiderare queas, quod ad intelligentiam ~~[illegible]~~ decem praeceptorum opus sit. Docet enim populum istum iuxta decem praecepta bene vivere tam spiritualiter quam corporaliter, instituens tum internam conscientiam quam ~~externam~~ rerum ~~[illegible]~~ politiam. ~~Plane divinis~~ legibus tum externam ceremoniarum ritum. Plane ~~divinum~~ divina aequitate et sapientia, ut nihil sit in universo genere vitae, quod hic non sit absolutissime et aequissime dispositum.

2

Hec sunt verba

~~Primus describit~~ topographiam Topographia hec est. Forte eadem dictione ~~dicunt de ultra~~ trans, utuntur. sive ultra iordanem, sive citra iordanem velint dicere. ut non nisi ex ~~situ~~ loci loquentis & audientis, iudicare possis ultra ne an citra dicendum sit. Porro desertum apud eos non sic vocatur. quod nihil ibi sit ... vel remissum in scripturis multa verba in deserto ... describuntur sed quod ~~non~~ sit silvestris locus ~~qualem nec alius ab ... agros & campos~~. Campestria recte versum est ex Ebreo Araba. quod proprie significant planicies ~~agros & campos~~ ubi sive silvis & montibus late patet ~~... campestria & agri~~ ... At vide: quod Moses hic Campestria Moab facit in deserto, velut opponens Campestria deserto //

Mare rubrum alias ... dicitur. Sed ~~...~~ mare Suph. hoc est arundinum aut iuncosum. falsus videtur Hieronymus, transferendo. Ubi est autem, pluri mum, cum nomen proprium loci. Desahab est vero similius sit quod auri abundantiam sonat. Nam & alias sepe nomina propria fiunt appellativa & contra qui lapsus in Ebrea lingua facilis est. ~~ob si intelligeret fuerit~~

Topographiam vero istam, ubi dicit ~~non intelligo, At Num Mosi fuit ... campestria~~, versus mare rubrum inter Pharan Thophel Laban Hazeroth & Desahab. undecim dietis a monte Horeb, usque ad Cades barnea, per viam montis ... Seir: ~~Nam ut hoc ... quod ... mare rubrum ... campestria ... vel ... longo itinere distat, tamen quomodo inter Pharan & Hazeroth ... sit, cum Hazeroth ... sit ... in quam ... egressi de Sinai ... Cades ... inter Pharan ... Cades Barnea ... Moab ... mare ...~~

// qui campestria in silvestri bus //

Nu 33

~~Vel ergo ut reliquis habitatoribus loci vel aliis diligentius queras nomina sunt alia ista romana ab illis~~

Factum in Anno quadragesimo

Hec chronographia est. Annus quadragesimus hic est exitus de Aegypto in undecimo mense in primo mensis. Et in fine vite Mosi, qui adhuc duobus tantum mensibus cum illis erat futurus in quibus ~~suo~~ testamentum suum ~~cum disponit~~ condit ac illis valefacit.

Locutus est ad ~~omnem Israel~~ filios Israel, omnia que preceperat ei dominus ad illos. Nihil nisi ~~verbum~~ mandatum ~~dei~~ sibi a domino loquitur. Hoc enim ~~toto~~ ipse ad tedium in isto libro repetit & inculcat ut doceat. Nihil esse in populo dei docendum nisi quod certum sit esse verbum dei. Immo nec hoc satis est. Certum esse de verbo dei, sed precepto dei cogi oportet ad dicendum verbum dei, ut hic dicit. Omnia que preceperat illi dominus, non ~~aut aut~~ aut que suggessit illi dominus. Ut frustra sibi nostri pontifices de afflatu spiritus sancti placeant, dum in suis statutis & consiliis sese non errare dicunt ~~ex proprio afflatu~~. Nam quod hic dicitur Cepit Moses explanare legem, ipsum quoque eo pertinet, ut non nisi divinitus mandatum loquatur.

questio

Dominus deus noster locutus est nobis in monte Horeb. Sufficit etc.

& historia tempore ... ire ... & [illegible]

Hic incipit Narratio in qua pulchre repetit ~~ista dei~~ beneficia & mirabilia dei simul & ipsa eorum miseriam. ut predicet gloriam & magnificentiam dei, quo alliciat populum ad fidendum divine bonitati & ad vitandum illius iram, ut sic apti fiant ad suscipiendam legem eius ex animo. Hec est enim & una optima preparatio ad audiendam legem & ~~ne~~ ad movendum auditorem, que fit per Euangelium illam cum mediatorem misericordie ~~illi~~ & ire dei.

// expositio doctrina //

Horeb & Sinai idem sunt, porro Horeb hic describitur
est dum dicit. Sufficit vobis, item Revertimini. Non
enim iubet eos reverti. Ad postq in Sinai ferme ~~totum an~~
~~annum~~ ~~non~~ toto anno mansissent. in quo legem acceperant
tabernaculum edificaverant. ~~sacerdotium instituerant~~ &
sacerdotesq & magistratus pro legitima iustitie administratione
instituissent, item populo per vexilla & acies ordinato & muniti
omnia in iustum ordinem ~~more~~ redacta fuerant, iussit
eos uno fremendo uno stando proficisci. Et sic ordina
tos & instructos recta via tendere ad terram Canaan
ad quam undecim dietis pervenirent per viam montanorum
Seir ~~& resederunt in Pharan~~ Hoc est quod hic dicit. De
bis satis in hoc monte. vertite vos & proficiscimini
ut veniatis ad montana Amorei. Et sic profecti sunt
& ~~terram~~ mansionem per vastam terram, venerunt ~~mansissent~~ in Pharan
sive Kades que & Zin dicitur, ut habes Nu. ~~13~~ x

Ad montem Amorei

Amal hic dictum sit pro universitate. Montem hic & si
multis locis in quibus terras & populos significat. pro
montanis accipi. sed potius pro tota terra ~~[illegible]~~
in qua varii montes sunt. Sicut supra legimus in
monte Ephraim. In monte Iuda. Sic & hic. [illegible] Amorei.
Deinde Amorreus singulare pro plurali sicut pro genti
li non pro personali nomine ponitur. ~~Describit autem~~
~~terram pro montanis Canaan hic loco sic. primo montana Amorreo~~
~~rum. Deinde omnes vicinos eorum, qui in campestribus &~~
~~item vallibus habitant. item qui ad meridiem illos sunt.~~
~~item qui ad littus maris, qualis sunt Philistei item Liba~~
~~non usque ad flumen magnum Euphrate. Et versus sep~~
~~tentrionem Amorei cum ultra Iordanem, Canaanei citra~~
~~Iordanem habitabant utrique~~

Terram Canaan

Et dixi ad vos in illo tempore
Sed adhuc in monte Sinai constitutis (de quo dixerat Moses

est nobis dominus ~~a~~ in monte Horeb. Dixit autem haec Exo.
18. suggerente Iethro. ~~ca~~ antequam legem accepissent. Vero
hic locus narrando sequitur, quam tamen res gesta praecesserit priorem.
Observa ipse hic, quod ante ~~[illegible]~~ leges de personis etiam
& magistratu quaestio est. Frustra enim leges feruntur,
si desint qui administrent & ~~[illegible]~~ exequantur.
Simul quod magistratus officium sit, labores, curas
& iurgia populi ~~sustinere~~ ferre, ut stimulum non domi-
num sese agnoscat; id quod Christus requirit. Qui vero
commoda, ocium & quietem in magistratu quaerunt, perversi
fuerunt, ut sibi populus (populi) serviat, & illius incommodo fruantur
fruuntur ad suam libidinem.

Negocia ~~[illegible]~~ dicit assiduam illam occupationem & paratam
sollicitudinem pro populo regendo. ~~[illegible]~~ quibus excluduntur
ab ocio & quiete. Pondus dicit patientiam illam erga
ferendam infirmitatem & difficultatem morum vulgi,
quia nisi praeditus sit magistratus & rigore iuris velit
omnia exigere, citius perdiderit populum quam exaltaverit. Vi-
tum est illud proverbium Frederici Imperatoris tertii:
Qui nescit dissimulare, nescit imperare. ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ Iurgia sunt causae, quas populus intersese habet,
quibus componendis & dirimendis magistratus necessarius
est. Ita nihil e populo ad magistratum redit nisi contemp-
tus, sollicitudo, patientia, molestia & labor. Ut recte dixerit
ille Bias: Magistratus virum ostendit. Imo ut scriptura
habet, dii appellantur, quod plane divinis virtutibus lon-
ge ultra humanum modum fulgere eos oporteat, qui infi-
num illud & varium corpus vulgi diversis sathanae regno in terra
hostili feliciter curare debent.

pe

Parenthesin illam (Dominus deus vester etc.) ~~[illegible]~~

habent
addit etiam apud nos in usu est. ubi solus sex. ubi dicitur vel de pueris vel iuvenibus bene habentibus. Deus crescat vel deus sit benedictus, ~~velut vel ex hoc Mosi~~ vel ex antiquis traditum ~~acceptum~~ vel hoc ab exemplo Mosi acceptum ubi statim ut postea sunt stellas celi multiplicatum dixerat addit. Deus addat. Velut saepenumero videmus ut nostre solent mulierculae suspirare, dum laudantur ab aliquo infantes ~~suis~~ in faciem

Date ex vobis viros sapientes

Bestiae reguntur virtute & arte. Homines regi oportet ~~ut~~ sapientia & intelligentia. ~~nempe solo verbo~~ quia ratione viget ~~qui~~ homo. qui non potest fune aut baculo directe regi sed verbo per aurem misso, apprehensa autem ratione per verbum, totus homo trahitur & regitur quocumque velis.

Et hic vides magistratum suffragio populi debere eligi. quod & ipsum ratio dictat. ubi & hic postea hac ratione testes libenter designantur ut laudat Mosen. Nam invito populo obtrudi, periculosum aut invidiosum est. — *[margin: verbum Mosi]*

Notos appellat qui sunt cogniti in populo multo aut una quos qui sunt experti & rerum gnari ut eosdem notos & scientes intelligas. Sapientes sunt qui divina & humana sapiunt ~~& cognoscunt~~. nempe qui leges & iura ac omnia necessaria pro hominum vita sciunt. Intelligentes ~~sunt quos nos latine dicimus~~ Hebraice ii vocantur qui attenti & acri iudicio, observantes & animo vigilanti sunt. ut qui ~~facile falli nequeant neque~~ de omnibus recte & sane iudicent // Siquidem multa imponunt sapientibus nisi & intelligentes sint. & multa fallunt nisi experti & scientes sint. — *[margin: // Epicr... sunt //]*

Vides itaque divino iure nullam haberi rationem divitiarum, potentium, nobilium, fortium, amicorum, ut fieri de magistratu ut vivendis solet. Sed sapientum, intelligentium

et exteriorum. Et si sint principes christiani, inferiori etc. Et hic quaestio est: an melior sit bonus princeps sed imprudens vel prudens sed malus. ~~An recte sit disputata sententia~~
Certe utrumque hic Moses requirit. Sed tamen si utrumque haberi non potest, melior est prudens et non bonus quam bonus et non prudens. Quod bonus prorsus nihil regat, sed ipse regatur nec nisi a pessimis. Prudens etsi noceat bonis, tamen malos simul regit, id quod mundo est magis necessarium et remedium, ut qui est aliud nihil [illegible] vulgus. Hanc sententiam et hic Moses probare videtur, dum primo de sapientia disputat principum, deinde de bonitate.

Non agnoscetis personas. Item neque verebimini ullius personam.

Haec est summa et difficillima virtus principum, constantia et simplicitas iudicii. Nam pauperes et ignobiles iudicare facile est, sed potentes, divites et amicos, postposita carne (?), sanguine, honore, timore, favore, lucro damnare, haec virtus divina est, nec hoc facit ullus princeps nisi spiritu sancto per fidem dei animatus. Ideo mundus plenus est principibus, sed fidelem quis inveniet ut Salomonem? Quoties ista sententia in prophetis repetitur, ubi arguuntur oppressiones et iniustitiae in pauperes, orphanos et viduas.

a respectu [illegible]

Quia dei iudicium est.

Et hic locus est pro magistratu civili faciens. Sicut enim vindictam suam esse dicit infra 32, ita et hic iudicium suum ordinationem esse dicit. Hoc autem fere pro solatio et exhortatione dicitur magistratus, ut sciant sese gerere non suam rem sed divinam, certique sint sese esse ministros dei et operari opus divinum, esseque in salutis statu, ut eo magis audeant recte et simpliciter iudicare.

Hec etiam vide, ut ante leges datas constituat iudices. Et
ut commendet nobis Epiikiam. Nam iudices sunt leges vive
et anima legis. Unde principes et superiores sunt legibus
fere et gladio. Nam ~~ut~~ Christus secundum leges iudicare de-
beant et per gladium exequi, tamen in manu habere debet
tam legem quam gladium, ut legibus contra leges utantur. Si-
cut stulti illi, qui fixis oculis in legem, posthabita circum-
stantia consilii, solum hec habent in ore. Sic scriptum est,
sic fiat. ~~preferentes leges ipsis iudicibus~~ De hac re alias

Ventio ad montem Amorei

Cadesbarnea est vicina terre Iuda versus austrum. Unde cum
iam attigisset fines terre promissionis, arguit Moses illos
animos et repetitis promissionibus excitat fidem, ut in-
grediantur nihil timentes. Verum hic vacillat fides et
superat populum incredulitas miserabili exemplo, ut hoc in-
dicio, cum iam essent in vestibulo capiende terre, retrorsum
cogerentur ire et 38 annis in deserto vagari, donec omnes
perirent // excepto Iosue et Chaleb duobus de tanto numero.
et nullus intraret
Caput huius incredulitatis ruina a modico et specioso dubio,
dum petierunt mittendos esse exploratores, qui rursus edocerent,
nec ipsi verbo promittentis dei credidissent, qui eos etiam per
mare rubrum, ubi impossibilis erat via, duxerat, quasi non
posset aut vellet eos in terra apta et pervia deducere. Sic
qui in magnis crediderant, in pluris diffidunt deo. Ut scias
fidem esse opus non liberi arbitrii, sed gratie dei solius.

Est aut(em) et hoc opus dei mirabile sicut sunt omnia
eius opera. Nam tandem populum oportuit cadere, dum cum
immineret terminus Amorreorum, ut longanimitas dei
commendaretur, qui gratiosus illis cum iam perdendis spacium
penitentie daret et minis dei terrerentur et converteren-
tur. Sic etiam cum domino et paulo sui ipsius [illegible] consulat
populi

9

5

et gentibus. patiens illum et parcens istis. ut ostendat se
esse deum non Iudeorum tantum sed et gentium. Contra et hic
benignitas et longanimitas dei gentibus fiat per illorum
cecitatem in lapidem et scandalum. ut indurentur et
impenitentiam addant. ~~qui~~ in ~~the~~ thesaurum ire et iusti
iudicij dei. Nam quis dubitat Amorreos, cum audissent hostem
reverteri et in deserto perire. seque iam tutos et liberos esse. cum
audissent persuasionem. quod deum haberent pro se pugnantem
contra hostes suos. Et sic eis hoc opus dei decipula ~~ad~~
~~primum peccati~~ factum ad presumendum de suis meritis. et
iram dei longe a se removendum in alios populos. ~~Ideo~~
ut iam sine timore pergant in peccatis suis. Hoc est quod
ps. dicit Terribilis in consilijs super filios hominum. Videmus
hic exemplum utriusque incredulitatis et credulitatis hominum
qui ~~[illegible]~~ fuerant in mundo

Numeri. 13. dicitur Mosen. Exploratores iussu do-
mini missos esse. quomodo ergo hic dicit. rogante populo
eos esse missos? Sic habet universa scriptura. ut collatis
undique locis velit seipsam interpretari et ~~perfecte~~ se sola non
extra intelligi. Ideoque cum videmus modis ~~ut~~ secretam
esse variis sensus scripture. si ex locorum collatione et ob-
servatione ad illum contendas. sic supra dixit Moses. se
se dixisse ~~[illegible]~~ velut proprio consilio. cum dat ex verbis
meis. cum Exo 18. hoc suggerente Iethro dixerit. Sed
hoc certum est. exploratores esse exigente populi incredu-
litate missos. et dominum ~~[illegible]~~ ipsorum iussu imitari noluit
ipsi et dixisse ac sic dixisse ad Mosen Num. 13. Mitte vi-
ros quia petebant populus hoc trepidatione et consilio humano
ut reperirent viam non solo verbo dei. ~~ideo dedit~~ ideo
tanta cum ... facta est modum hoc dicimus. Et ut

paulus dicit · modicum fermentum totam massam corrumpit
Sic [illegible] primo paululum dubitantes, mox prostravit
Hebreos incredulitate · quia genus humanum perdidit totum · adeo
non est iocus in verbo dei & fide

Odit nos dominus

Ecce quantam ruinam trahit tandem · parvulum illud dubii
initium dubitandi · & fiducia humani consilii · Iam enim
in totum obliti omnium promissionum & mirabilium dei · solum
in sua consilia mersi; digni facti sunt, qui falsis nuntiis
nos & predicatores audiunt · Et ut paulus dicit · ~~operationem~~
errores efficaciam illis mittit · qui non crediderant verita
ti · Maiora illi predicant & isti credunt quam res habet,
& loco veri verbi dei · mendaciis suum augmentant · Urbes
dicunt sunt muri in celum erecti · Populus magnus &
arduus · nimir filios Enachim · Terra absorbet habitatores
in ea · Uincit incredulitas · amisso verbo dei · & frustra illis
inculcatur per Iosua & Caleb · promissio & veritas dei · Uincit
incredulitas & mendacium prevalet · veritas prosternitur ·
~~[illegible]~~ · Sic faciunt humana prudentia & virtutes in
rebus fidei dei · denique ad blasphemias veniunt · odit nos do
minus (aiunt) talis est gratitudo tot miraculorum illis exhibi
torum Et quis digne queat exemplum hoc pessimum incre
dulitatis exaggerare? Nota ergo · Incredulus facit pericula
plura & maiora quam sunt, verbum autem dei facit nihili · Con
tra fidelis · ~~facit~~ pericula omnia & maxima habet pro nihilo
& verbum dei pro virtute dei Ro. 1. Sic hic Moses dicit
Nolite timere et promittens dei virtutem & repetens exem
pla preterita · ad erigendam fidem, fortiter pugnans verbo dei
sed nihil efficit

Nota si Mosi · tot verbis & signis dei instructo non
creditur · sed cogitur incredulis cedere totum populum · Quid nos

nec audiunt si pauci nobis verbo credant & totus mundus sit in
incredulitate. Mosi solum duo adherent de tanto numero
nec sic tamen desistit aut officium verbi & ducatus deserit
& frustra predicat incredulis. Magna est ista historia
& insigne exemplum verbi dei & humani consilii. in quo
videre licet ut ~~succedat~~ habeat verbi illa omnipotens virtus in hoc
mundo

Cumque dominus audisset. ut iratus iuravit &
Hec loco sumptus est versus iste Ps. 94 Quibus iuravi
in ira mea &c. & exemplum huius historie magnifice
tractatur in Epist ad Hebreos. Sed quid est quod Mosi
dicit. dominum etiam sibi iratum esse propter populum
cum tamen id meruerit proprio peccato. ut scribitur
Num. xx. Mysterium quoddam hic tangit. Verumtamen
iuxta historiam sic intelligo Quod Moses occasione regen
di tam morosi & increduli vulgi. tandem lapsus sit
in incredulitatem & hoc vocat hic. iram domini prop
ter illos sibi inflictam Hec tamen iterum nobis
in doctrinam & solatium scriptum est. ne desperemus
peccantes. quando in hac tentatione. ~~Plura~~ non modo
de ppto multi & alioqui docti magni ac sancti viri. ceciderunt
sed & ipse insignis vir ac dux ~~maximus~~ ppts Mose ceci
dit cum Aarone fratre sancto. ut intelligamus doctrinam
ac defendamus nobis. cum soli illud verbi sumus prod
inque sumus

Vos autem Revertimini & abite

Ista est plaga ut ab introitu terre rursum retrocede
ut regrederentur versus mare rubrum. non quidem in Aegyp
tum. sed in solitudinem ut ibi consumerentur paulatim
per 38 annos

Peccavimus domino. Ascendemus

Hic unus locus satis esset ad confutandum lib. arbitrium et sciremus nihil valere, nisi quod deus in nobis operatur sic hic dicit. Non enim sum vobiscum. Quid enim hic omittunt quod posset humanum consilium et virtus? peni tent, dolent, prompti sunt, arma capiunt, ascendunt et prorsus nihil humani hic deest. Et tamen non solum nihil valet aut efficit, sed prohibetur atque damnatur. Item nec post poenam et cladem acceptam flentes et ~~[illegible]~~ lugentes accipit. ~~quod tamen~~ quod tamen absque dubio sine fictione ex totis viribus lib. arb. fecerunt. Sed quia praesumpse runt de se et suis deo servire et placere ac gratiam de congruo aut condigno mereri. Et ipsa a se electa non a deo praecepta fecerunt, frustra omnia fecerunt.

Verum et hoc factum est ad indurandos Amorreos ut peccatis suis acceleraret sibi interitum, dum victo res evaderent et deum sibi favere crederent. Atque inde iudicia dei inscrutabilia. Populo suo de propriis viribus prae sumenti nihil sunt esse prosperum. Sunt ~~[illegible]~~ tam vivi et [illegible] quasi non sit deus illorum. Hostis vero Amo rreis viribus suis fidentes sunt ~~[illegible]~~ prosperari et vin cere. ~~Sed consilio abscondito~~ qui ut sciat. hoc esset magis metuendum, ~~atque~~ videtis signum irae dei perpetuae si prospe retur quispiam in via sua. Et incerit in his quae deus nec praecepit nec operatur, sed proprio consilio et viribus gerit. Sic fuit videmus ipsos qui prosperati sunt in dolo traditio num humanarum

Mysteria huius Capituli

De mysteriis huius Capituli

Quod alias nomini [illegible]. hic respectu eternumque mundo ut
Christianus lector primum apertum habeat [illegible] sen
sum illum (ut vocant) literalem, qui solus ~~[illegible]~~ tota est
fidei & theologie ~~substantie~~ Christiane substantia, qui in
tribulatione & tentatione solus subsistit & portas infer-
num peccato & morte vincit atque triumphat in laudem
& gloriam dei. Allegoria vero saepius incerta est & ad ful-
ciendam fidem infidelis & minime utilis, in qua saepius
pendeat ab humana coniectura & opinione cum [illegible]
similitudinibus. [illegible] Aegypti ~~[illegible]~~ [illegible] similitudinibus. [illegible]
[illegible] cavendi sunt atque aut libero iudicio legendi Hiero:
& Origenes & similes patres, imo tota illa Alexandrina
schola, quam Philo Iudeus teste Eusebio & Hieronymo laudat in
huiusmodi allegoriis studio olim floruisse. Nam horum exemplis
nimio laudatum ac receptum posteriores scriptores infelici-
ter imitati ~~nihil non~~ ex scriptura fecerunt & docuerunt, do-
nec quidam verba dei absurdissimis monstris aptarunt
& iam Hieron de suo quoque tempore conquerebatur: repugnantem
scripturam per allegoria trahunt testimonia: cum tamen sani-
oris & ipsi ~~non parum~~ rei sint

Tales sunt qui hodie de B. Virgine totam fere scripturam
exponunt [illegible] [illegible] [illegible] generis femini-
ni. Item qui ex castello Marthe edificant monasteria. &
ex fratribus Israel magistros nostros in academiis & simi-
lia innumerabilia portenta. Donec repertus est qui totam
metamorphosin Ovidii ad Christum aptaret. In quo Hieron
digne stomachatur scribit ad Paulinum vocans eos circulatores

11

proinde haec regula paulina servanda est, ut allegoriae secundo lo-
co habeantur. Et pro roboranda et ornanda completa iam fidei
doctrina assumantur, sic ut 1 Cor. 3 dicit: si non fundamenta
sunt, sed super fundamentum aedificantur, non sunt foenum
lignum, stipulam, sed sunt argentum, aurum, gemmae.
Quod tunc fit, si iuxta praeceptum Ro. 12 prophetia
fuerit analoga fidei, sc. ut certam praesumat alicuius positam
in scripturis sententiam literali sensu traditam. Et huic
tum demum tamen allegoriam idem, ~~non~~ sententiam applicet
non ut allegoria probet aut fulciat sententiam, sed ut pro-
betur et fulciatur a sententia. Cum ~~fundamentum non fit~~
~~[illegible]~~ aedificium non sustinet fundamentum, sed a fun-
damento sustinetur.

Ut ergo hic tuto allegorizemus, praeivit nos Paulus
2 Corin. 4 ubi totum Mosen copiosissima allegoria tractat,
comparans gloriam vultus eius gloriae vultus ~~eius~~ Christi. Quo
exemplo similiter allegoriam legis faciens e Mose ministe-
rium legis et peccati et mortis, per contra e Christo ministerium
Evangelii gratiae et vitae, ut hic ad Romanos 4. 8 et
aliis passim tradit. Per Mosi vultum facies Paulus
dupliciter spectabilem facit, velatum et revelatum. Vela-
tum illum habent, qui ministerio legis tantum ad opera et
hypocrisim promoventur. hi nunquam intelligunt finem legis,
sed excaecatum manet velamen in lectione veteris testamenti,
ut Christi gloriam nec cognoscant nec suspiciant. Revela-
tum habent ii qui per legem non operantur, sed peccatum agnos-
cunt et consumuntur ut ad gratiam aspirent.

Topographiam itaque et Chronographiam [illegible] sc.
[illegible] ubi lex datur, ubi populum legis [illegible] Synago

gratie. ad quod collidunt omnia miracula que hic Moses ponit.
Scz. 1. ultra ~~trans~~ Iordanem. hoc est. ubi nondum de lege in gratiam
transitum est, needum palam docetur Evangelium. 2. in
campis Moab. quia ibi populus est qui ex patribus suis
natum iactat. Moab enim sonat ex patre. Nos semen Abra-
(qui) he sumus // & campi Moab sunt ea que ex patribus habent.
s. nomen, ritus, res, genus & promissiones futurorum.
3. in deserto. Quia sterilis & incultus populus. ~~que ad gratia~~
si ad gratie revelationem comparetur. 4. Versus mare
rubrum. quia horret hic populus crucem & mortificatio-
nem veteris hominis. qui in mari illo submersus est. 5.
Pharan. sonat ostentationem gloriationemque veniens a Pher
in hebreo. Hoc enim facit genus hypocritarum. 6. Tho-
phel ruinam sonat. quod ruant de die in diem. Sunt (& semper iacent)
Christiani de die in diem renovantur. 7. Laban
candidum significat & speciosam pietatis speciem ostentantium iste-
tur. 8. Hazeroth Atria significat. quod iustitia lega-
lis in atrio sit. nunquam in sanctuarium spiritus admissa.
9. Dezahab. auri abundantia est, iustitia operum opes
mundi devorat. 10. Undecim dies. ~~[illegible]~~ mutate deserti
// a Horeb. Quia legis hoc ministerium extensum est aposto-
(hic fuit) lis ~~verbi~~ Evangelii ministerio // 11. Via montis Seir
(ro //) ~~Seir~~ via est operarum legis. que difficilis. montosa &
aspera ~~atque~~ atque Seir idest hirsuta est. Via vero Christi
dulcis. facilis & blanda in spiritu gratie. 12. Occisi
reges Amorreorum ultra Iordanem. significat. per legis
dei ministerium. humana quidem studia damnari, exteriora
& de sola dei lege gloriari. sed hic non ipsum ad spiritum
pertingere. Amoreus. enim [illegible] vel [illegible]
significat. scz philosophiam & theologiam ~~[illegible]~~ humanam. Og rex

q[uia] hoc genus doctorum incredulitate vastat dei scripturam · commentationibus & detorsione verborum ad sensum proprium

primus Sehon · vastator urbis Hesbon · qui rex apud Ebreos · vel artes & rationem sive ingenii ingenio quer[i]t exrogitatur · in mysticum rationalis ~~illud~~ illam sapientiam & (ut dicunt) ~~naturalem~~ [morosam] theologiam [verbis dei resistens] significat · qui nimios Amoreos .i. verbosos doctores facit & omnia vastat sic modo Academix & papistae faciunt · Alter est Og .i. regnum qui ventrem curat · Basan pinguedinem sonat · Quod regnum scilicet Amoreorum pro sua ~~superbitate~~ & verbositate meretur eo famam & abundantiam pro ventre · sicut patet exempla ~~hi [illegible] vera legis misericordia~~ sufficit &c

Quod hic dominus iubet de Cades barnea profecti in terram promissionis significat quod futurum est alium doctrinam, tempore Euangelii · in quam testificatur lex & prophetae · ad quam intrandum fuit Iudeis tempore novi testamenti · Kades enim sanctum significat · Barnea · filius vagus vel filium ~~vagantem~~ instabilem · Qualis est populus in sancto seculari, ostendens merita sibi nunquam quietem habens in conscientia · Igitur hec vox tunc impleta est · quando Iohannes baptista & Christus ceperunt docere · ut de iustitia & sanctitate carnis migrarent in regnum dei .i. penitentiam agite · appropinquat regnum dei · idest terra promissionis vera · ~~Hoc~~ impleta illa nostra apostolica synagoge in reditu & moriuntur in ira dei omnes viri bellatores sicut dignissime tractat Epistola Ebreos · ~~ponens~~ adducens hoc exemplum incredulitatis eorum · qui nolebant introire in regnum dei · velut digito Kadesbarneam ingenuam sanctitatem ostendens · Igitur ipsum Iudei toto legis tempore fuerunt [illegible] prophetis [illegible] · discredebant, qui eos ad veram iustitiam de Cadesbarnea volebant educere · ad iustitiam

inter Sheri [illegible] &

[...]finio [...]re pro [...]missionis

fidei. maxime vero sub Christo

Exploratores missi sunt magistri & doctores legis, qui promissam gloriam & spiritualem videntes: sed diffidentia & metu rerum et mortificationis carnis resilientes, populum impiis doctrinis a fide everterunt, toto tempore synagoge ipsi non intrantes & introire volentes prohibentes. Ibi sunt gigantes Enakim, civitates muratae & magnus populus magnus & excelsis, hoc est dicunt Iudaei. Ne forte veniant Romani & tollant locum nostrum & gentem. Metuunt enim potentiam mundi. Quod et in tribus & aliis sunt postea videbimus

Capitulum secundum

Et circuivimus montem Seir longo tempore. hoc est (ut ipse met in textu dicit) 38 ~~annorum~~ annis 38 ut in deserto perirent impii murmuratores & gratiae divinae spernentes sententiae & incredulitatis fundamentum per Amorrheos tentare in hac infirmitate populi dei. Sunt autem ista profecto in Arabia petrea. nam hic est Idumea potior pars a Cadesbarne versus austrum, ad mare rubrum. Unde ~~refle~~ post longum iter reflectebatur ad orientem ad Moabitas. ~~Ut~~ Tunc sequitur

~~Sufficit vobis~~ Satis circuistis montem hunc, ite contra aquilonem: scilicet relictis Idumeis a sinistris & Moabitis & & Amoritis (qui ad orientem sinistros terrae habitant) a dextris. et recta via tenderet recte ad aquilonem ad Amorreos. Deinde victis Amorreis ad orientem versus Iordanem ~~transierunt~~ transirent in terram Canaan

ut hic in tabula pulchre videre licet

Tres autem populos illos Edomeos. Moabitas & Ammonitas. ~~dominium~~ scribit Moses hoc loco a domino exceptos. cum tamen Num. xx dicat Edomitas ni prohibuisse transitum Israeli. Ad diversos locos sunt contingerunt. Id quod in numeris scribitur gestum est in Cades ff confinio Edom & Amorreorum. ubi petierant transitu transire ad Amorreos. Ad dominus vetant ut Edomei resisterent. Hoc loco autem scribit de confinio Edomeorum & Moabitarum post longissimum illum circuitum ~~uel~~ montis Edom per viam maris rubri. ubi iam ipsi illi territi mirabilibus & virtute dei in Israel celebratis. opus habebant presidio dei. Curat autem eos dominus ob merita patrum suorum Lot & Esau qui deo crediderant. ideo nomen eorum deleri noluit

Deleter aut & blande precepit. ne Edomitas iniudent & depredentur. moneturque eos accepta beneficia & promissiones dei dicens Nam dominus benedixit te. q.d. non est opus ut sis sollicitus aut anxius. nec graveris emere ab illis necessaria. habes enim ~~unde ut~~ abunde ut emere possis &c.

Nota vero Christiane hic populi historia. si ad in specie considerentur. similis videtur gentilibus historijs. hic enim nunc vincunt, nunc vincuntur, nunc abundant nunc egent. & utrinque miracula celebrantur, tamen sic abscondit se deus ut videantur omnia geri humana prudentia & vi sua. hic apparuit absque dubio gentibus illis impijs omnibus. ideo & resisterunt & sic egerunt in illos. ipsi

nullus esset deus in Israel. Ideo hae p[ro]ph[et]ae historiae sunt ab
o[mn]ibus gentium historijs separande. Quantum distat caelum a terra
In ~~[illegible]~~ historijs gentium spectare licet vel magnitudi
nem rerum vel permutationem operum. In hac vero unicum
hoc admirandum & venerandum est, nempe verbum dei
quod dicit & iussit omnia germinare ac fiunt. Denique ~~et~~
cur vocantur sacrae historiae, non quod a sanctis hominibus
res illae gestae sunt, sed quod secundum verbum sanctum
dei gestae, quod sanctificat omnia, & in nomine sancto
ac vice dei gestae sunt. Ideo quamquam multa gentibus facta
sunt & ipsa ~~quaedam~~ vera mirabilia & opera dei, tamen
testimonium verbi & beneplaciti dei non habent, ideo sunt solum
res & historiae eorum testes irae solum, terribiles valde signi
ficationes horrendi iudicii dei. Proinde totius mundi historiae
simul acceptae incomparabiliter viliores sunt quam una &
vilissima quaedam huius populi historia dei. Atque hoc est
quod falluntur sophi & carnales simplicitate rerum in
scripturis, quod verbi dei nullum habent respectum & so
las res estimant.

Nunc [illegible]. Videbimus [illegible] in ps. 1. No
vit dominus viam iustorum. Matt. 25. Amen dico vobis
nescio vos. Verbum est eximie consolationis ~~& [illegible]~~
quo excitatur fides. quod nos germanice dicimus Er
nimpt sich an. agnoscit se & curam eius habet. Sed ut
magis affectum quam ~~[illegible]~~ intellectum significet, ut res
habent Hebrei syntaxes & verba huius sancte linguae.
Cum enim re ipsa ostenderis quod noveris vel non noveris
aliquem, tum vere dicemus nosti vel non nosti.

[ad mare rubrum]

18

Elath & Ezeongaber, ciuitates regni Edom ~~illustres sunt in sacris literis. regum rebus gestis regum Iuda Iosaphat~~ et aliis satis illustres sunt in sacris literis. ~~sunt~~ & Ar Moabitarum est principalis urbs, sunt Rabba Ammonitarum & Sela i. petra Edomeorum, a qua Arabia petrea dicitur. Porro Mosi describunt hic gigantes, quos Ebrei Rephaim dicunt generali nomine. hos qui ab Edomitis ex monte Seir expulsi sunt Horim appellat. Moabitae suos quos expulerunt Emim, Ammonitae suos Zamzummim. Cananei suos Enakim. Utcunque eidem tyranni varijs nominibus apud varios populos ~~[illegible]~~ appellati sunt. Hinc constat Gen. 14 ubi memorat a rege Elamitarum esse percussos gigantes in Astheroth (quae postea fuit regni Og in Basan) & Zuzim ~~[illegible]~~ & Emim & Horim in monte Seir. Item Gen. 6 ~~ante diluuium~~ gigantes ante diluuium uocat Nephilim etc.

Rephaim aut a sanando nomen habent, sic quod proceres illi & heroes, terrae & patriae patres & saluatores dici voluerunt. Emim ab Em, quod terrorem significat: terribiles & metuendi dicuntur, quod vi & armis [grassentur] ~~[illegible]~~. Horim: nobiles, illustres, candidi, optimates, a candore, vel quod in oriente principes alba veste utuntur, vel quod sunt latini Arabia & [illegible], vel quod prae aliis spectabiles sunt. Zamzummim a Zam, quod scelus aut flagitium significat, ~~[illegible]~~ licet quod fuerint insignes latrones, predones & pro libidine omnia audentes. Enakim a torque [ostentande], quasi torquati. ~~ut qui~~ Nephilim a cadendo, quod irruant violenterque opprimant [deiiciant].

Quod de Hevaeis per Cappadoces ex Caphtor interemptis Moses scribit. incertum est quod
velit, nisi quod exemplum adducit, quo monstret
imperante domino ac regna transferente, sicut vult,
populi populos expellunt. ut non solum sit Iudaeorum
tantum sed & gentium deus. sicut hic dicit. Nam
filiis Lot dedi eam in possessionem. Et Esau dedi
montem Seir. Nam quod Caphtorim hic fuerunt
eiusmodi Cappadoces fuerunt. nescio an novis quali-
ter dicuntur. nam Cappadoces in Asia sunt. nisi
partem aliquam eorum Cappadocum crediderit in fine
eius advenerit porro quod
Hevaeos, fuisse narrat, non sunt Hevaei illi in terra
Canaan filiis Israel traditi. nam hi in hebraeo Hiui, sed hic
illi Auuim dicuntur. quo nomine &
oppidum quoddam in tribu Beniamin Iosua 18 numerat.
Hazerim aut videtur esse idem quod Hazeroth
una mansionum Numeri 33. Gaza certe est oppi-
dum palestinae. ergo Auuim habitasse apparet inter
terram Canaan & Aegyptum, in dorso montis Seir
seu Arabiae, confinis Madianitis

Transite torrentem Arnon

Ubique sonant verba, quasi Arnon sit torrentis no-
men. Quod Hieron. dicit esse rupes in sublime
porrectas nomen. inter Moabitas & Amorreos. Quod
si verum est. oportet torrentem fuisse in valle subrupe
Ad quod & Nu. 21 alludit Moses. ubi recitat canticum
vulgare, cantatum esse. Quod devorant viros excelsorum
Arnon Et in fine hic cap. videtur torrentem separare
ab Arnon, ubi dicit de oppido in torrente situm &

non addit Arnon

Ecce tradidi

Innovatur promissio & promittitur verbum dei quo iubente & dirigente res ~~gerendae sunt~~ in fide gerentur, non praesumptione per dexteram.
Est autem magnifica promissio, traditum est regem Sehon ut certi essent de victoria. Nec solum hoc sed et & terrorem nominis Israel predicit in omnes populos ut tremant, ut scirent sibi undique nullos esse fere vel a latere vel tergo hostes, qui Amorreis succurrerent & Israelitas molestiis sunt, nisi ut Amorreos perdant

Misi nuncios de solitudine Kedemoth

Kedemoth. Josue 13 inter oppida tribus Ruben numeratur. Civitatis alias & deserti nomen est videlicet hoc vero credo Mosen sic velle dicere. Misi nuncios de deserto quod ad urbem Kedemoth pertinet, ut solum sit urbis nomen. Sed quod Mose tunc sit non fuisse in urbe sed in deserto iuxta urbem, nempe in finibus primis Amorreorum

ex hoc loco ii

Vadis autem hic etiam hostibus primum offerre pacem. de quibus tamen Deutero. xx. mandatur ut prorsus ad internitionem deleantur, ~~in~~ qua causa & vel quis contra promissa murmurasse Josua. quod cum Gabaonitis foedus fecisset. Oportet ergo sic intelligi quod pacem primo omnibus offerre debebant, quam si qui renuissent ~~sunt~~ perderentur, qui vero se dederent, tributarii fierent

Induraverat dominus spiritum eius

Hic gloria & virtus dei arbitrii celebratur. Sed quod non sit nisi nihil. ut & Ro. 1. Tradidit illos deus in desideria sua. Et 9. Quem vult indurat. Si

igitur quicquid velit, agit, faciat, ne induretur a domino. Indurare aut est credere animos & superbos atque securos facere, ut omnia praesumant, neque iram neque iudicium metuant.

Ab Aroer super ripam

Duas civitates memorat. Aroer super ripam torrentis, Aliam in torrente sitam. Hoc sic intellige: Aroer fuisse in vertice montis Arnon, ut Hieronymus dicit, qui mons subter latentem habuit torrentem in valle, in qua sita fuit alia civitas. Aroer autem cessit in tribum Gad Josua 13.

(~~Inventum hic [illegible]~~)

Observa hic speciem magnam miraculi in Mose. Rex Sehon ~~[illegible]~~ tantum habuit regnum quod duae tribus Ruben & Gad occupaverunt. Hoc est forte ~~sextam partem~~ sexies minorem populum quam Moses. Qui ergo illa magnifica victoria, ut ~~tantus~~ tam numerosus populus Israel tam parvum superavit? Quid hic opus promissionibus dei? aut ubi est species illa tam magni miraculi? Verum, ut dixi, per istos quadraginta annos humiliaverat populum suum in deserto & velut fugientem rexerat, quo demum ab Amalechitis & Cananeis quoque fuit prostratus, inflabantur hostes Amorei, praesumentes prae manu illos vincere. Interim autem populus dei [illegible] sola virtute dei, nisi hic semper regit ~~[illegible]~~ populum suum dominus, ut appareat nihilo quam stultissimus & hostes eius [illegible] stultissimi & hoc ipso ostendit mirabilia sua

Mysterium duorum regum & nominum in primo est videamus. Et occiso illa certe significant occisionem peccati per verbum dei

Caput tertium

Verum promissio praemittitur pugnaturis cum Og rege Basan. ut historia sit sanctificata verbo dei & sola sapientia dei res geratur. Cetera omnia plana sunt. Nam locorum illa nomina. Argob. Basan Gilead. Hermon. ~~Dor~~ qui Sirion & Senir dicitur ~~[illegible]~~ & reliqua. etiam sequentibus libris satis ~~explanantur~~, celebrantur

& man
tium

Oportet regem Og fuisse insignem gigantem, qui solus etiam audita caede regis Sihon. ausus est congredi cum Israelitis // Sed fretus est magnitudine roboris sui. ut hic scribitur fuisse nomen in lectorum longitudine. Et adeo dubio non solus fuit tam procerus. sed regnum suum talibus gigantibus administratum est. quorum quilibet ~~[illegible]~~ praesumpsit multos ex Israel occidere. sicut de Enakim Nu. 13 dicunt quibus comparati quasi locustae videbamur. Si Enakim multi fuerunt & Og gigantes reges Og multos fuisse credibile est. ut opus fidei in populo Israel & veritas promissionis dei magis eminerent. Nam coram uno gigante sub bonis omnes Israelitae fugiebant. quod & hic futurum sperabat Og. & futurum fuisset. nisi fides populi & veritas promissionis dei miraculum ~~[illegible]~~ ostendisset

// nec regi
Sihon auxi-
liatus est //

Expediti praecedite.

Hoc Rubenitis Gaditis & Manassitis dicit

Ad hec fovent qui viribus suis bellare eos velit. Verum
hec fiunt, ut sit locus fidei & promissionis divine
& ne videatur deus manifeste. Nam & si deus omnes
filios hominum creat, alat, fovet & regat, tamen non
vult ociose esse illos, sed dedit membra quibus alius
alium generet, foveat, regat, quibus deo datur occasio
creandi, pascendi & regendi, ut sic sub opere humano
absconditur virtus dei. fide praeparatur omnia agere &
fallantur increduli, qui opus hominis solum considerant
& virtutem dei ignorant. hic & hic ~~[illegible]~~ arenosis ubi pisga

Id quod nos transtulimus, sub scatebris. Hieronymus
ad radices phasga. Ebraice sonat Asedoth phasga. Nec
~~[illegible]~~ certum est adhuc, sit ne proprium an
appellativum nomen. Quodsi hic ferar, ut proprie credam
urbis nomen esse Moses ex cap. 13 Josue, ubi
inter urbes tribus Ruben numeratur Asedoth phasga
hec est Asedoth in radice montis phasga. Ad & Hieronymus
lib. de locis Ebraicis dicit nomen urbis esse.
Significat aliquid scaturigines, scatebras, effusiones ut
intuentur & tamen ~~[illegible]~~ in arma fidere prohiben
tur. In opere dei, credunt viribus suis & tamen de vi
ribus suis non presumunt. Quid ergo sunt vires hominum
ut ~~[illegible]~~ presertim ubi fides & ver
bum regnat? nisi larve quedam dei, sub quibus latens,
operatur mirabilia sua, dum per infirmitatem [illegible]
provocat in se superbos, fortes, sapientes & sanctos. At
ubi impegerint, mox eos [illegible] & [illegible] in
& ostendit palam? Beatus cuius membra & arma

sic deo serviunt · imo qui totam esse potentiam & sapien-
tiam dei noverit · is plane non in terram dei · sed
in verbum sub terra potens, fidit · & integraliter imo
omnia in domino sit & fuit, · hic fiet ut liber &
totus medullitus ~~Iosua quod precepi~~ in medio presumptionis
~~Repetit hic promissiones futurarum victoriarum~~
~~& terram iudicat sese non transiturum Jordanem~~
& desperationis · ut non habet deum nisi dum
habet quibus utatur · Rursus non desperet · si desint
quibus utatur. Deus enim qui nunc eo operatur sit
rebus quas habet · etiam operabitur cum eo · sine rebus
~~rebus~~ nihil habuerit · ut sic nec abundet nec plus ha-
beat cum omnia affluerint · nec egeat & aut minus
habeat · cum omnia defuerint · utrobique enim deum habet
sic paulus dicit · didici abundare · didici penuriam
pati &c. Impii vero · prosperitatibus bonis inflantur,
adversitatibus deiiciuntur · quia solam terram rerum ap-
prehendunt · reliqua tentant · qui deus non volunt
in se /

Iosua quod precepi

Repetit promissiones futurarum victoriarum
& instructionem ducis · & ~~[illegible]~~ simul preterita
memorat ut fidem eorum tam ex futurorum pro-
missione quam preteritorum exhibitione roboret · nam
ipse non cum illis qui transituros Jordanem · nec id
a domino precibus potuerit obtinere · Et ita concludit
hoc capitulo narrationem ipsius & qua historiam
totam recapitulavit · Sequenti capitulo incipit ex-
hortari & legem explicare · & ~~libri~~ ordine
deuteronomium ~~[illegible]~~ 58

Sed cur Mose non exauditur, cum sit vere summi in spiritu cum orasset? Hoc nobis in exemplum & solatium scriptum est. ~~Nos non~~ Nam etiamsi dominus eum non exaudiat, quo sensit Moses eum sibi iratum, ut hic dicit, tamen non derelinquit eum. iubet eum ascendere in montem & terram considerare & Josua mandare. Ita cum non sit sciamus quomodo oportebat orare, nihil miremur si non exaudiamur. Simul tamen nullo modo dubitemus, nos esse gratos & charos deo. & benignitatem sub ira comprehendamus ne desperemus

Mysterium

Quod Mose Jordanem non transit: ~~usque~~ ad terram promissionis. sed dicitur alteri id resignare iubetur. Illud insigne mysterium est. quod et ad Hebraeos dicitur. Lex nihil ad perfectum duxit Lex. Neque enim Lex dat spiritum gratiae. ideo non introducit in regnum dei. ubi est hereditas vera domini. Occidit quidem Moses duos reges extra Jordanem idest peccatores Lex humiliat & occisos ostendit & ~~nat~~ nihil eum relinquit. idest nullius rei fiduciam. deducit eum ad inferos. & est ministerium mortis, salutis tamen precedentibus & fundamentibus qui in predicatione veniunt. Quia Lex non occidit totum hominem corporaliter sed fiduciam cordis qua occisa: quicquid homo est & habet, cedit in obsequium legis seu preda & fit iste homo omnibus membris captivus legis

Verum quia non poterat remissionem peccati quod per suum ministerium operatum. ideo cogitur mori;

in terra Moab ex in regnum dei. Quia non licet in
ipsis libertatis exactionem legis ordinatis docere. Sed
donationem spiritus conferentis. Ubi sic tota lex
cadit et nihil eius sic relinquitur et nec homo sciat
ubi sit sepultus. Iosua vero, qui et nomine
et re gesta Christum significat, cum fuerat
minister Mosi, tamen mortuo domino introducit
ipsum et distribuit hereditatem domini. Sic Christus
factus primum sub lege serviit illi pro nobis: tandem
finita ipsa, aliud ministerium Euangelii instituit,
quo ducimur per ipsum in spirituale regnum legis et
securi in deo conscientiae ubi regnamus perpetuo

Caput Quartum

Et nunc Israel audi statuta et iura

Finita narratione et recapitulatione,
hoc capitulo texit exhortationem ad auditores legis
quam sequenti capitulo incipiet. Est autem exhor
tatio plane copiosa atque ut lingua huius mos est ita
verbosa. totus enim hic sic et aliis eadem
repetit. ut si carnalis esset lector, qui non intelligat
quid agatur, non posset non offendi. Verum nostrum
est tedio imperare qui scimus verba dei
esse quae audimus. Deum vero audire, etiam si ean
dem syllabam perpetuo sonaret, beatitudo est, quanto
magis si tam varia et tam diligenter loquitur.
proinde non modo verba, sed multo maxime per
sonam loquentis, nempe dei, nos commendat in timore

observare

obstruere

Agit autem repetitio illa frequens, quod ut nos qui propter carnem semper labimur, semper frigemus et pigri sumus ad bonum, semper proni et intenti ad malum ab adolescentia, habeamus assiduum pedagogum et exactorem qui peccatum coerceat. Simul in hoc verbo legis monstratur, quod est instare, urgere et donec gratia successerat non cessare a fatigando, accusando, damnando ut Apostolus ait Lex iram operatur.

In libro sunt ferme sex aut septem vocabula legis Thora. Mizvah. Hukka. Pikkudh. Edoth. Mishpath. Mishmereth. Primum Thora proprie legem significat et ab instruendo nomen habet unde vocatur instrumentum. Mizua preceptum est, ut in Mose legitur saepius. sicut precepit mihi dominus, Hukka transferunt ceremonias et statuta. Nam proprie significat ritum et morem sacrorum quae ego statuta voco Maß ut Ps. 2. Narrabo preceptum domini. Hebraice Narrabo de ritu ~~ipso~~ et statuto sed de novo ritu et ceremonia nova. quae est credere Christum filium dei, ut deinde sequitur. in quo omnes omnium ceremoniae instituuntur et referuntur. Pikkudh id est proprie quod latini mandatum dicunt Ger: befelhen. Nam id verbum pakad visitare, constituere, ordinare, censere et omnino mandare significat inde venit Ps 108. Pikuda. quod Episcopum graece sive diokesin dicunt Et episcopatum eius accipiat alter. id est officium demandatum seu administrationem nostri ~~ferme~~ vocant dispensationem fere idem

Edoth testimonium est, quod deus per legem suam et verbum sit testatur adesse et nos curare, quo conscientiam de deo habeamus. quem alias neque videmus neque sentimus neque

C

intelligenciis · Mischpath · consequenter reddunt iudicium · Nec
male nisi quod opus est scire latitudinem eius vocabuli
in libro · Nam significat & ipsum officium seu admi
nistrationem iuris ut ps. 1. Non resurgent impii in iu
dicio · quod aliqui exercent in regimine · item ps 71.
Deus iudicium tuum regi da · unde est liber iudicum
qui latine diceretur liber principum rectorum · consu
lum vel magistratuum · Item ps 109 iudicabit in nati
onibus scilicet regnabit   Secundo significat ipsum
opus & executionem iudicii ~~hinc~~ illa vox passim in
scripturis · facere iudicium & iusticiam · faceret do
minus iudicium mosis · et de multis modo iudicium meum
prodeat · // Ultimo significat proprie id quod latine iura
scilicet leges quibus homines inter sese similiter in rebus
prophanis disponuntur · unde & saepius pro consuetu
dine & more aliquo accipitur · velut pro iure gentium
aut naturali ut Exodi · 21 · secundum iudicium filia
rum faciet cum ea Et ps 118 secundum iudicium
diligentium nomen · Hec latitudo vocabuli passim
in scripturis obscuritatem & ambiguitatem pariat
vero diligenti observatione opus est

// Et similiter est cum eo iudicium //

Mischmereth · observantiam seu custodiam sonat
sed generale nomen super omnia precepta · nisi si diligenter
consideremus duo aut tria tantum erunt vocabula
legem proprie significantia · Nempe Hukka & Mischpath
Statutum & ius quorum alterum ea tractat quibus
erga deum ordinamur, scilicet Hukka alterum ea quibus
erga homines ordinamur scilicet Mischpath ~~Et hec duo~~
Et hec duo satis sunt & videtur differentia ista nobis
probabilis & consona · Sic cum & his Mosi hoc capitulo

qui d[icitu]r docebo nos quomodo recte incedere coram deo & hominibus

incipit Hucki statuta & iura. quia ego doceo. quasi ijs duobus verbis omnia complectens. Cetera ergo vocabula omnia generalia sunt & statutorum ac iurium vim atque naturam indicant. Vt Thora. quod nos instruat & erudiat ne bestie simus & in tenebris agamus. Mizua. quod nos liget & exigant ne libere contemnamus quae docti sumus. Pikudim quod ~~opera~~ nobis mandentur ad exequendum vt habeamus quod agamus ne ociosi simus. Edoth. quod cor dixi nobis testimonio sunt. deo nos iure esse & certe conscientiam ipsum vtique & semper presentem habeamus. Mischmereth. quod diligentiam & obseruantiam sui requirant. ne segnes & securi simus in faciendis illis.

Preter hec sunt & alia. Dabar, Amara, Neum verbum, eloquium, dictum. ~~sed quod~~ ad item Dabar & Taam ~~Tam~~ sed vero dixi raro in usu vt ps 118. bonitatem & scientiam doce me. quod nos bonitatem & discretionem habeamus. ac significat fere gestum illum. quem nos mores & habitus corporis vocamus. sic ps 32 David mutauit mores suos coram rege Achis. vt habet ex psalmi titulus. Reliqua ergo sunt duo illa Hucka & mischpath. Statuta & iura. in scripturis celebratissima a quibus venit iudices & iudicandi potestas. ab illo vero regendi in spiritualibus magister. quem Mehokek vocant. Gen 49. Non dux de femore eius. Ebraice nec doctor de sub pedibus eius. idest semper erit in Iuda qui diuina doceat & ad pedes habebit discipulos. a quibus non tolletur donec veniat ~~silo~~ Silo

Non addetis nec auferetis ex eo

Atque Moses quinquies statuit aut docet. et ante omnia curat ut illibata & integra serventur. ne quid addatur vel demetur. Et hic locus brevi sententia omnes humanos damnat & in re conscientiarum nihil nisi verbum & legem dei valere decernit. Atque in hoc satis esse debebit voluntas dei. quia sic consulto [illegible] & ipsa ratio & necessitas idem exigat. Nam cum simus per Adae peccatum in caecitatem mersi ut deum prorsus ignoremus in omnibus voluntatibus & consiliis suis. non modo stultum sed & impossibile est ex nobis ipsis parare lucem & viam. qua ad deum perveniamus. & si deprehendamus quid a nobis velit fieri. sicut ille in lib. Sap. dicit Cogitationes mortalium timidae & incertae. quis enim homo scire potest quid velit deus?

Nisi ergo deus revelaret legem suam. qua voluntatem suam nobis notam facit Ps 103. maneret illud nostrum elogium. Omnis homo mendax omnis homo vanitas. Et Isa 55. sicut exaltantur coeli a terra sic exaltantur viae meae a viis vestris. proinde stultissimum est argumentum illud sophistarum pro libero arbitrio. habeo libertatem regendi currum. proiiciendi pecuniam. ergo habeo libertatem faciendi quod deo placet & ei serviendi. Idem est ac si diceres. possum pedibus ambulare terram & super terram incedere. ergo possum in coelum quoque ire & super nubes ambulare. Habet quidem homo ex prima institutione voluntatem & potestatem regendi

& faciendi eum sit inferioribus ~~facit~~ liberum. sed solum
regere & facere quae suo superiori placeant: neque nouit
neque potest. ubi restat liberum arbitrium. sed necessario
sibi relictus impotens, immo mortuus & damnatus est
Ideo hic nihil debet sumere aut eligere quod faciat
sed solo & unico verbo dei niti. nec addere quicquam
nec demere ut ubi non est certissimo verbum dei
adesse prorsus non credat. ubi certus est adesse
verbum dei, non desperet. O necessaria admonitio

Sed dices Cur ergo tot libri prophetarum additi
sunt? Et David constituit templum edificari // & ordi
nes Leuitarum descripsit. Et Iosua multa fecit &
mandauit populo. Sic de aliis multis dici potest.
Respondeo. Hoc non est demere vel addere verbo Mo
si, si quis idem aliis aut pluribus verbis docuerit.
Sic Mosen prophetae non secus docuerunt & explicarunt
& secundum eius legem iudicauerunt & correxerunt
reges & populum. Deinde Moses hic non de
deo, sed de populo dicit. Non addes &c. Quis enim du
bitat, quin deus ipse pro tempore addere & demere possit?
Ipse enim siue addat siue demat. semper manet verax
& verbum suum sic est verax & fideliter ducit ac seruat
nos. Sic David in Paralippo. testatur. sese non suo
arbitrio quod deus reprobauit. licet a Nathan laudaretur,
sed mandato dei templum fieri iussisse ac Leuitas
ordinasse. Sic Iosua mandatum dei habuit, ut iuberet
quae ~~[illegible]~~ erant. Sic omnes prophetae. siquid aliud do
cuerunt, ipsum eis dominus reuelauit sicut & Mosi
sed ut Petrus ait Spiritu sancto inspirati sunt ut loquerentur

[Margin: || rogato ... erna ... lo Mo ||]
[Margin: ... iruda]

B

Ut servetis precepta domini

Vide Mosen, qui curabat, ideo nihil esse addendum vel demendum verbis dei . ut non serventur precepta dei. Quo dicto ostendit, hominum traditiones in re sacra [struck] pugnare cum verbis dei ut quae obstent & scandalo sint, ne serventur precepta dei. Quo nomine & paulus eas insectatur Tit. 1 dicens quod avertant veritatem. & Ro. 16 quod seducant corda innocentium. Et Christus monet nos ut caveamus a fermento phariseorum & a lupis sub vestibus ovium. &

Oculi vestri viderunt

Ex variis texit exhortationem suam Moses ut relictis hominum additamentis & detractionibus puro & solo dei verbo adhereant. Primum ab exemplo preteriti sumit Baal Peor. ob cuius cultum, quia erat ultra verbum dei per homines inventus, tot filios Israel perdidit. Satis ostendit quod velit prorsus nihil addi suis preceptis

Nec valet. siquis pro traditionibus hominum opponat Moabitas fuisse idolatras & demonibus eorum sacrificasse. Nos vero nostris ceremoniis deo vero servire [struck] pia intentione & bono zelo inventis. Ideo non esse nostra facta illorum similia. Respondeo. Moabitae & aliae gentes non coluerunt demonia quod scirent esse demonia. Sed crediderunt sese deo vero servire non minus quam nostri iudices idolatrae imo quam omnes nostri papistae etiam sanctissimi & religiosissimi. [struck] Sed impietas eorum erat quod verum veri dei nomen assumpserunt & ritibus non a deo preceptis sed a se inventis eum coluerunt. Qui

enim talia fingunt ~~licet~~ in corde suo cogitant. Deus
verum est ignotus. qui velit coli & gratum habeat, quicquid
ipsi homines adhuc impii sine verbo dei tentant. At
talis non est deus, qui velit impietatem ut Ps. 5 dicit
Sed est iustissimus deus & a piis & iustis vult coli. per
verbum & gratiam suam (iustificatis) non ex propriis viribus
Quare necesse est ut aliorum cogitatio de deo sit merum
figmentum & mendacium. & deus, quem ipsi sic sibi
fingunt & formant, non est verus deus, sed idolum
cordis sui. sub quo diabolum eius mendacii magistrum
& patrem adorant. Et sic vere sub veri dei nomi
ne vero, falsa imaginatione idolum & demones colunt
Proinde in scripturis alienos deos non oportet
sic intelligi quasi cultores eorum prorsus abnegaverint no
men veri dei, imo plurimum illud sibi vendicabant
ut legimus in prophetis. Sed quod retento nomine veri
dei, sine vera cognitione dei (quam vero & homo ex se
habere nequit) cogitaverunt de deo, quae sibi ipsis recta
videbantur. quasi deus esset formabilis & mutabilis secundum
~~eorum~~ imaginationes & visiones cordis sui, cum ipse
sit informabilis & immutabilis. Ubi ergo non est
verbum dei, ibi non est vera notitia dei. Ubi notitia dei
non est, ibi impiae sunt ignorantiae, imaginationes, opi
niones de vero deo, quasi istis & istis delectetur. quae nos
proprie elegimus. At haec omnia sunt impii cultus &
~~[illegible]~~ quibus deus verus non tangitur. ~~[illegible]~~ sed larvae sine & nomine
phantasmata & idola cordis. Haec autem sunt dii alieni
i. demones horum opinionum magistri. Tum procedunt fo
ras & secundum eas opiniones erigitur ritus, doctrina &

& regnum. Quibus diversa dant nomina. appellantes deum. Baal. astaroth. Dagon &c. sicut & nos fecimus deum deum appellamus. Benedictum Franciscum. Dominicum & huiusmodi omnia. ipsorum Quia cultibus illis ritibus & doctrinis opinamur nos deo placere. quae opinio est mendax idolum cordis. sub quo loco & nomine dei sedet Satan & adoratur || Hoc est quod Apostolus Ro. 1. tangit. Qui cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis. & obscuratum est insipiens cor eorum &c. Cognoverunt enim deum. i.e. notitiam habuerunt. quod divinitas aliqua esset quod probant eorum studia quibus coluerunt loco dei idola. Nisi enim divinitatis notitiam habuissent, non potuissent eam tribuere idolis. nec nomen dei usurpare. Sed hoc erat insipientia eorum. quod non glorificaverunt eum sicut deum; hoc est talem sibi finxerunt esse deum qui ipsorum operibus & studiis coleretur. Ut sic ipsi se glorientur. qui deo aliquid gratum suis operibus facere possent & gratiam eius mereri. hoc autem est deum inhonorare. & non agere gratias pro acceptis a deo. sed superbire & presumere de oblatis deo. hoc est aliud nihil, quam velle deum formari a nobis & nos non formari a deo. Velle consilia & cogitationes dei nostris consiliis & cogitationibus assimilare. Sicut dicit in Esaia. Quam similitudinem ponatis ei. Et 55. Quomodo exaltantur celi a terra, exaltate sunt vie mee a viis vestris.

Quod vero Moabite concessionibus & libidinibus suo Baal servierunt. non arguit ideo denominatos

est ulla. Nam ea est fortuna traditionum humanarum
ut non nisi ventres animalia alant.
ita ut Paulus audeat, ventrem eorum deum
vocare & Ro. 16. servire suo ventri promittit. Et
prophetae omnes eos arguunt quod vorarent
populum dei. Item & testantur Iudaei & Ezechiel in
synagoga ubi sub arboribus frondentibus lasciviebant.
Hoc & in nostro pessimo regno videmus. ut
palam & impudenter, luxui. ocio. crapulae & libidini
serviant. semel tamen sancti horas mur-
murent & missas sacrificant. ut

Baal peor. Vir hiatus dicitur. quem multi putant
priapum fuisse. eo fortassis moti. quod Moabite libi-
dinibus in suo cultu indulserint. Sed hoc nihil urgeat,
cum libidines (ut dixi) omnium traditionum & inscita-
rum humanarum insignes sint. & Cum hec historia
Israel celebrata est videtur & gesta cum priapus in
greca nasceretur. Arbitror itaque deum verum
hoc mendaci nomine & falso cultu a Moabitis honora-
tum est, quemadmodum a filiis Israel Baalim voca-
tur, ut testatur Hoseas propheta. Denique vero apud
Hebreos Baal in compositione primatum significare.
hoc enim Belsamenim vocant. id est primarium illud
coelum (Samen enim coelum vocant) Item
Beelzebub primaria musca. ut nos dicimus Archan-
gelus. archimagirus. Archidux Archiepiscopus &c. hoc
deum Moabite Baalpeor. primarium hiatum
forte appellarunt, causa mihi incognita: nisi
diminutive velis. quod deus ut prospiciat videret sit. [illegible] pera
[illegible] omnes devorare. si hac modo colatur. quem
impios & adversarios populi sui

C

ad modum apud nos presbyteri deum fecerunt ventrem prestantissimum. Agnos suadente diabolo clerico varios sibi & e sancto Antonio Bastiano Valentino & Rocho. pro suo ventre alendo. quosdam Baalim sibi fecerunt

Sicut precepit mihi dominus

Hec sola causa satis esse debuit. ~~ut exhortat~~ ut omnia libenter facerent. quod dei ipsius precepta tradit non sua propria. etiam si nulla pena aut premium sequeretur. Et hec est alter locus exhortationis, qui recto ordine sequitur. Nam primus terrorem & iram dei tradidit. a qua incipere debet legislator. deinde dei gloriam & amorem subiungere. ut terrores alliciat ad amorem

Hec enim est vestra sapientia
~~ab utilitate & dignitate gentis sue sequitur~~
Tertius locus est a ~~fructu & commodo suo proprio & aliena~~. Qui enim honorificant me (inquit) honorificabo eos. Sic si et deum glorificarent servando statuta & iura illa, erat futurum ut rursum eos dominus glorificaret. sparsa per orbem fama de sanctitate suarum legum suis populi servantes ea. Qua fama plurimi traherentur ad verum deum. Et sic etiam hac gloria qua ipsos ~~eos~~ deus inter gentes glorificaret. deus magis glorificaretur. Sic enim omnia opera dei, quibus suos sanctos glorificat, serviunt impiis ut & ipsi convertantur. Hec est charitas. que omnia nostra in commodum proximi facit & accipit

sic nos
ipsos

Sapientia & intelligentia sic recte differunt Quod sapientia ad cognitionem rerum, intelligentia ad iudicium pertineat. Ut sapiens sit qui ea novit. que ~~dei su~~ fidei erga deum & iuris ac charitatis & religionis sunt

/ cautus /

erga proximum. Intelligens vero qui in utrisque prudens & cautus sit ut recte ~~exigeat~~ in his incedat & nec nulla fallacia seducatur. Germanice weys und klug.

Sed hec magis perpende. Quam sanctis verbis Moses universam sapientiam & scientiam hominum reprobet & damnet. Ostendens sapientiam & intelligentiam populi dei non esse argutas illas sophisticorum speculationes, nec magnificas illas philosophorum & prudentum sanctiones, sed notitiam & observantiam legis dei. Hec est (inquit) sapientia & intelligentia vestra etc. ~~proinde~~ Esto quod aliquis sapiens in regenda substantia mundi. Quinimo sunt & sapientes, ut faciant mala. Populus dei nusquam petere debet sapientiam nec ullam aliam nosse nisi ex lege dei sui. Ibi reposita & feliciter inveniet quomodo erga deum & homines, quomodo in prosperis & adversis, quomodo in pace & bello se habere debeat. Nam aliunde petita sapientia, nihil nisi stultitia coram deo est. Igitur stultos facit hoc verbo Moses omnes homines coram deo in omni sapientia & prudentia eorum.

Deos appropinquantes.

Gloria & iactantia huius populi est pre omnibus populis terre quod deus eorum est illis prope. Deinde quod iusta habet iura & statuta, que si servarent, esset populus admirationi & saluti. Plane pulchra & iucunda consolatio & fidelis promissio. Est deum prope, celebrant hunc locum David in psalmis suis & alii prophete passim. Verum simul involvit & indicat crucem populi dei. Nam adesse prope invocantibus ergo est, invocantis est in tribulatione, que cogit invocare. Sic

& vere sunt hec populus. & omnes qui per vincere volunt
operationem patiuntur, ut sit locus miraculi fidei
& propugnandi deo sit occasio. Aliorum populorum
dii, ut habent impia statuta in deum & magna numina
in proximo, ita habent deos longinquos qui salvare non
possunt, imo qui curantur a suis cultoribus

& defen-
duntur //

~~Quare~~ Notum facies diem.

Hanc diem Ecclesie seu congregationis, quia meminit
Mosi. quia in hac audierat ~~pplus~~ legem dei in monte Si-
nai tempestatibus & tonitruis terribilem. ~~quando~~ ubi
non loquebatur homo, sed ipsa illa maiestas per ange-
lorum ministeria. Et ab hac die cepit autoritas Mosi
ut dicitur Exo. 19. & universa institutio populi.

Vocem verborum eius audistis
& nullam similitudinem vidistis.

Hic locus, non modo damnat imagines exter-
nas dei, quas populo rudi & puerili prohibitas volunt,
sed multo maxime internas, que sunt (ut sic dixi-
mus) opiniones & cogitationes de deo ex nobis extra
vocem dei factas. Hic certe sola vox verborum
eius commendatur. Et quicquid de deo dicitur aut
cogitatur, quod non sit ipsa vox verborum eius,
prorsus impium & damnatum est. Nam ipse suo
verbo voluit suam voluntatem seu consilia deformari

Sabbato

nobis, non nostris conceptibus aut imaginationibus.
Non ergo hoc placet aut displicet deo, quod nobis videtur
ei placere aut displicere. Optime sancte & pie videamus
nobis cogitare (ut fecerunt religionum & sectarum autores
& professores) sed quod ipse voce sui verbi definit sibi
placere & displicere. ~~Non solum enim~~ nemo enim

significat aut indicat dei voluntatem. atq[ue] ita deus ipse imo nemo non nisi errat. si q[ui]s hoc tentat. cum nemo norit consilia dei nisi spiritus qui est in deo. proinde impossibile est. ut homines sine verbo dei certo. recte de deo sentiant aut cogitent. predicent aut colant. Ad stat sententia Vocem eius audiste.

De fornace ferrea

Vehementi verbo appellat servitutem Aegypti fornacem ferream. non solum propter historiae crudelitatem. sed & propter conscientiarum nostrarum, sub lege ira & ~~[illegible]~~ traditionum tyrannide oppressarum. quarum figura fuit populus Israel in sua fornace Aegyptiaca

Deus ignis consumens & deus zelotes est

Celebratur hoc dictum & in Epistola ad Ebreos. & dignum est quod celebretur ad terrendos & humiliandos impios Duo autem sunt. Ignis consumens. & deus zelotes. Ignis vocatur. quod prorsus devoret & nihil reliquum faciat impiis. nec sit quod resistere queat irae eius. Zelotes. quod eo animo sit, ut parcere non velit. Quid ergo timet non timeat. quem scias & nolle parcere. & ~~[illegible]~~ ad vindicandum virtutem habeat implacabilem & iram inexsaturabilem. Porro hanc iram dupliciter exercet. primum spiritualiter, dum impiis subtrahit spiritum suum ut omnia vastet Satanas. deinde & corporaliter & externe. dum & corpora occidit terras vastet & omnia in nihilum redigit

Et notabis singulariter Deum A mose describi ignem & zelotem circa primum preceptum. in quo maxime cavetur ubi maxime debent timeri & coli. ut videas quod preceptum potissimum opstimat urgeat. Nempe ut solus deus

nobis

D

in sidereum alium oculum erigamus, sed ipsa sola eius
misericordia intueamur. Quamvis videatur in nulla re
magis dissimulare quam in hac inspiratione, dum sinit impios
se abundare & regnare impunitos ac plurimos sedere
ut nec ignis nec telum. sed fugiens & ignavus videatur
apud deum esse. ~~Unde~~ ut & psalmi plerumque queruntur eum
dormire & rogant eum surgere

Sexto timore

Exhortationis [illegible]

Ultimum stimulus est ~~comminatoriis~~ hic cum solemnis exhor
tari ab [illegible]. necessario [illegible]. religioso tandem a
periculo et quod & hic Moses facit

Novissimo autem tempore

Hoc novissimum tempus generaliter dicitur. pro eo quod
nos dicimus. postea. vult enim Moses talem describere qui
dei ac relinquens semel penitentia locum postea resipis
centibus id quod & evenire probant historiarum libri eo
res Israelitica plurimi deum & tamen revertentem postea semel
suscepit. Non ergo solum loquitur de hoc novissimo ante
diem iudicii quo putantur Iudei tandem convertendi esse.
sed generaliter de omni hoc (ut dixi) quo post peccatum reo
vita penitentie ad penitentiam [illegible]. Et ut ad hanc penitentiam
provocet. damnetque desperationem. addit dulcissimam & fidelis
simam promissionem. quam pulchre videtur & oratio Manas
se regis Iuda. Quia quod dominus Deus tuus misericors est
non dimittet te nec deperdet neque obliviscetur pacti quod
iuravit patribus tuis. Quo simul significat qui sit vera
penitentia. scilicet sitis ardens misericordie in afflictione con
scientie. Nam aliis solis proponitur dulcis misericordia non
aut impeditis

Tunc separavit Moses

Miscet Moses rem gestam inter sermonem. ~~praeposterum~~ servans historiae ordinem. Nam deuteronomii istos sermones certe uno die non ~~expedi~~ consummavit. sed forte intra decem diebus. vel singulis diebus intra duo aut tria capitula. Et interim quaedam in populo gessit. prout fert res offerret qualis est ista ~~liberare~~ civitatum refugii separatio

Ista est lex

Epilogus est. ut mos est Mosi. Porro mons Sion non qui hic Sion dicitur. alius Sion est quam ~~ille~~ in Jerusalem. Nam hic per Zade. Zion dicitur. Ille per Sin. Sion. Scatebras phasga supra cap. 3. diximus debere nomen civitatis proprium dici Asedoth quod Hieronym: radices transfert. verum in lingua Ebraica nomen civitatis pro. fuerit

Capitulum V.

Vocavitque Moses populum. Hic vides quod Moses diversis concionibus deuteronomium absolvit & populum saepius convocarit. unde & quaedam repetit postea de quibus praecedente diximus. ut hic, de partibus, de vero domini te mutat. Incipit igitur hic principalis Concio de decem praeceptis

Non cum patribus nostris

Indicat hic Moses differentiam testamenti novi & veteris. Testamentum novum est antiquissimum ab initio mundi promissum. nec ante tempora secularia ut Paulus ad Titum loquitur. Sed tantum sub Christo impletum. Vetus testamentum sub Mose promissum sub Josue impletum est

Est autem hec utriusque differentia. Quod novum nititur sola promissione ministrante & fideles dei // Vetus autem nititur & nostris operibus. Nec Moses latius non promittit quam donec starent statuta & iura. Que causa fuit ut antiquari tandem & aboleri oporteret & figuram gereret novi & eterni illius testamenti quod ante secula incepit & post secula durabit. Illud autem in tempore cepit & post tempus aliquid defecit.

sine nostris operibus

Ego sum dominus deus

Meras ceremonias imaginum videtur hoc preceptum statuere pro rudi & puerili populo. Tamen vere spiritualis est lex. que cultum internum spiritus requirit. cum in externis illis imaginibus. Ceterum hec decalogi precepta nemo melius exposuerit quam Moses fecit hoc deuteronomio ut videbimus. Quo hoc loco plura legis omittamus.

Monstrat autem Moses vim legis. dum ostendit populum non potuisse ferre vocem dei. Sed quod lex dum spiritu profertur & auditur. prorsus occidat & terreat hominem in peccati sui cognitionem intollerabilem & pavorem mortis. ut homo suspiret mediatorem. Et optet blandum verbum. hoc est Evangelion gratie. ut hic populus perterrefactus Mosen precatur mediatorem mollius loquuturum ne moriatur a voce dei. Quando enim pateretur & feriret homo. ut legem audire cogeretur

Nihil addens amplius

Et infra dicit. Non declinabitis ad dexteram neque ad sinistram. Sed verbum recipiat & maneat. ut neque addatur neque diminuatur quicquam verbo dei. De quo satis supra diximus

Cap. Sextum

Sit timor domini

Videtur huius linguae proprium esse ut timorem dei vocet id quod nos cultum dei seu pietatem vocamus seu graece Theosebiam. Sicut hic Moses duo illa coniungit. timorem & observantiam praeceptorum.

Distinguamus ab hoc loco Commentarium huius Mose super decalogum suum absolvit compositum (nam quid aliud est reliquus ab hoc loco totus liber quam copiosissima eaque clarissima interpretatio decem praeceptorum ut videbimus?) in duas partes. Prior pars sit explicatio praeceptorum scilicet trium primae tabulae. quae durat usque ad undecimum fere capitulum. Altera vero reliquorum secundae tabulae usque ad finem libri. Multi satis scripserunt praeceptoria & integras summas super praecepta. Sed meras sordes, si ad haec Mosi praeceptorum conferantur. Nam Mose docebit etc. quid sit non habere deos alienos. quid sit nomen dei non in vanum assumere. quid sit sabbathum etc. Dicit ergo

Audi Israel. Dominus deus noster
Dominus unus est

Vides quod praeceptum primum ipse non ~~neg~~ affirmative exponit. Unum scilicet esse ~~deum~~ dominum. Ponitur enim hic nomen tetragrammaton deo unice proprium. Tractat autem hinc dei unitatem in spiritu. hoc est. non tantum hoc agit ut deus sit unus quam ut a nobis habeatur pro uno. Quandoquidem esse deum unum nihil nobis confert. Haberi autem pro uno & pro deo nostro (ut hic dicit) salus & vita & omnis plenitudo praeceptorum est. Sic Gen. 28 dicit

Iacob. Erat enim dominus in deum. Quomodo erat ei do-
minus deus. Si antea non fuerat, nisi quod certo cum &
culto uno solum dominum pro deo statueret habere. Sic deus
fit & mutatur secundum quod affectus noster erga eum muta-
tur ut Ps. 17. dicit. cum sancto sanctus eris & cum
perverso perverteris. Sic Antichristus extollitur super
omnem deum. idest cultum dei instituit proprium. quem elevat
super omnem verum & falsum cultum cum decernit quod
nullus perfectus preter (?) timeatur & adoratur. Est ergo
prima declaratio Mosi primi precepti hec. Dominum
deum nostrum pro uno domino habendum esse. idest
non colendum nisi aliis & aliis cultibus a nobis repertis.
sed uno illo a se ~~[struck]~~ instituto

(Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo)

Secunda

Alia declaratio primi precepti. Nam prima non docte dum (?)
per fidem. Nemo enim sic unum deum habere. nisi pendeat
ab ipso solo & ei soli fidat: alioquin in varietatem operum
rapietur & varios deos finget. Secunda tangit charita-
tem. que sequitur ex prima. Quando enim omnem fiduciam
in eum reijcimus. ex eo pendemus. omnia ex ipso fluere
intelligimus & illi nos esse vere. tunc sequitur dulcis a-
mor erga eum. Vbi notetur negativa phrasis in Precepto
Non habebis deos etc. quod dicit Abnegationem & destructionem omnium operum (?)
eo. ne multos facias deos ut ~~ad~~ unum deum ~~[struck]~~ habeas.
Natura enim non potest non idolatrare. Quando ergo
dicit. Deus deus tuus dominus unus est. tollit omnem fiduciam
Quando dicit, Diliges dominum, ~~[struck]~~ excitat hilarem & li-
beram dei servitutem. Non enim diligo deum vere, volo enim
quod vult deus. nec dolendo quamquam (?) est audire & facere. quod deus vult
ut etiam carnalis amor fuit tamen sine amore. Sic fit (?) mutatur

dei in fide recepimus omnia. Per charitatem fruimus omnia gratis a deo
gratis deo

Verum quod addit. toto corde, tota anima. tota fortitudine in hoc ordinem est. ut nisi ignoscente deo nullus sanctus iustere possit. imo quis est. qui non in utroque deficiat. tam in uno deo ~~credendo~~ credendo quam diligendo. Quando nullus est. qui non aliquando trepidet in fide. & alia simul cum deo diligat Quod probant sancti illi. Si enim diligerem deum toto corde. ~~nihil magis~~ nihil magis me offenderet quam contemptus preceptorum dei. Sicut paulus flevit ad Corinthios & Galatas. dum videt gloriam dei conculcari. At ubi sunt qui ~~nec~~ plorent. sic conculcari nomen dei toto orbe.

Toto corde significat intimo & toto affectu. Tota anima tota vita animali. tota fortitudine .i. omnibus viribus ac membris. De quo alias satis dixi. Non quod nulla alia diligere debeamus. cum omnia quae fecit deus sint valde bona & amanda. sed quod nihil sit quod equandum aut preferendum in amore deo & iis quae dei sunt. & omnis amor vergendus ad consummandum amorem dei. Ex quo intelligis quam perversi sint. qui sua statuta & dicta tam stricte exigunt. & dei precepta sic negligi sinunt

Et ~~erunt~~ sint verba hec in corde tuo

Non tantum in libro. nec tantum in cogitatione. sed in intimo affectu ut ubi sunt summi thesauri. Quia ubi thesaurus tuus est. ibi & cor tuum erit. Nihil ergo regnet in corde tuo nisi fides & charitas dei. de iis meditetur cor tuum die & nocte Ps. 1. Ubi enim sic in corde primum fuerint. tum feliciter sequitur. ut etiam sint in ore tuo & narres ea filiis tuis. idest grossiores rudiores & minores ut exercitent & frequentent & rubiginem excutiant

deinde sequitur. Et utique & statim de eis loquaris ~~Quarto~~
Tandem & ligabis ea in memoriale seu manus & ante
oculos. novissime scribes ea in postibus. Vide ordinem
tractandi verbi dei. Primum in corde meditandum. Secundo
filiis fideliter & assidue narrandum ore. Tertio palam
& ubique dicendum. Quarto signandum in manu &
ante oculos pingendum. Quinto & ultimo scribendum
usque in postibus & portis – non in libris. ut Moses ipse
unus ea in libro scripsit. [Hic omitto istud mysterium
quod precepta in manu signari & ante oculos poni significet
ea opere implere & inspicere. ~~hoc~~ simpliciter vult ubique
nobis occurri & in memoria esse verba hec. ~~ut ea etiam~~
~~pingi debeant in portis~~

Observabis quod hanc admonitionem Moses non
ponit iuxta alia precepta, sed solum iuxta primum &
eius declarationem ut sint in corde omnium. deinde
sequantur & scribantur. Ut scires primum preceptum esse
metrum & regulam omnium aliorum, cui cedant ~~aut~~ & obediant
ut si pro fide & charitate sit, occides contra quintum preceptum
sic Abraham occidit reges Gen. 14. Et rex Ahab peccavit
quod non occidit regem Syrie. 3 Re. Sic de furto. sic
de insidiis & fallaciis contra hostes dei. sic de spoliis rebus
Egyptiorum, filiabus. filiis Israel. hostium. sic patrem & ma-
trem odies ut diligas dominum. In summa. Ubi contra
fidem & charitatem aliquid fuerit. ibi nescias ullum aliud
esse preceptum neque a deo neque ab hominibus. Ubi vero pro
fide & charitate fuerit. omnia in omnibus & ubique prece-
pta esse scias. Que stat sententia. hec verba sint in cordibus
~~Quarto alia~~ hec regnent ibi. Porro nisi ibi fuerint in cor-
de. certe hanc Epikeiam nemo intelliget neque sequetur. Neque
neque prospere & tuto ~~in~~ legibus utetur. sicut & Paulus

& legitime

assignarunt; praestitit furiosi satis in hoc, nullam gloriam consecuturos viderent. fingunt [illegible] libas adversus libertatem spiritus. ~~Ad hanc commi~~erat ~~[illegible]~~ quod sciendum nullo modo est

De vovendis

Verbum hoc frequens est in Mose & Iosue & Iudicum libris usus, quod hebraice Herem. latine execrari dicunt. Inde Herem vel Herma, execratio graece anathema, unde Paulus 1 Cor ult. Qui non diligit dominum Iesum, sit anathema maharam motha. Sic execrabantur & anathema faciebant gentes per gladium filiorum Israel, dum prorsus in nihilum redigebantur & irreparabiliter perdebantur, Volebat enim deus illas definita sententia penitus de terra abolere cum omni maledictione. hic propter vocat Mose haram vel herem. ut nulla ex spes vitae aut salutis esset reliqua, sicut id quod dicebatur execratum & anathema est Levit ult.

Verum quamvis gentes illae essent morte dignae, nulli tamen, nec Israelitis quidem licuisset illas occidere nisi certo & evidenti mandato & verbo dei vocati, ut fuisset sit sententia, Qui acceperit gladium, gladio peribit. Et item, Mihi vindictam & ego retribuam. Item dominus iudicat populos. Ipse enim qui dedit terram, potest eam auferre, in quam & illam peccaverant, Quare Israelitis hic pro ministerio usus est. ut iram suam impleret per ipsorum manus, sicut ab initio et semper solitus est. populos per alios populos perdere & regna per regna transferre ubi peccaverat ut dicit in Daniele & Amos. Ecce ego sum regnum peccans. ut conteram illud. Ad hoc destituit alium

populorum gladii, a gladio Israelis: quod illorum furore
deus utitur occulto iudicio & ~~peccatores~~ impios per impios
conteret, ~~hic~~ Israelitis gladius autem, aperto & certo mandato dei, sanctificatur.
ut sancta & pura conscientia pii impios perdant ac san
guinem fundant ~~cum~~ sancta religione.

Hoc est cur Amorreos & Chananeos per Israelitas
decreverit occidendos esse, nec sinit Israelitas in quosvis
saevire pro sua libidine. Nam excepit Moabitas, Am
monitas & Idumaeos, non minus impios populos quam
Amorei & Chananei fuerant, ut significaret, quamvis
ii magni sint peccatores, non tamen eos liceat occidere,
nisi iussu & voluntate dei fuerint traditi & nominati.
Quis enim est homo, qui coram deo non sit dignus mor
te, nisi quem ipse praeveniens misericordia sua, verbo
suo pretium mitigaverit. & tum alios occidere iusserit.
ut non haberent iudices causam sese iactandi, quasi sint
soli inter homines ad occidendos gentes nati, cum sint
a deo electi tantum ut in Chananeos iram suam deus
per ipsorum gladium exerceret.

Et haec pulchre hic Mose indicat, cum dicit. Te
enim elegit dominus, ut sis ei populus peculiaris e
ac si dicat. Non ideo elegit te dominus, ut tuo merito factus
est carnifex populorum caeterorum, sed ~~legente~~ electione vo
catione & iussione dei. Cum ut scias, nullam esse inter
te & gentes distinctionem apud deum, hoc asserens. Quod
nisi verbum dei audieris, & gentes has non occideres,
sed cum eis foedera & coniugia inieris, te quoque eadem ira
maneret. ~~Delebit (inquit)~~ Vastabit (inquit) furor domini contra
te & delebit te cito. Eadem poena indicat eadem impieta
te reos fore coram deo. ut solo verbo dei sciant sese pon
tifices illos praestare, sine quo nulli sint prae impiis. quan
tum non sint pares & tales quam poenae futuri
tum

bona conscientia

2

Non quia cunctas gentes numero
vincebatis Amavit et elegit vos.

Vide quam diligens tractator Moses sit in primo
precepto. cuius verum cultum dei in fide, timore
et amore spiritus docuerat. Hic enim ad opus externum
venit. in quod spiritu respiciat, carne consumma-
ret. et de ope suo inflarentur, ~~de iustitia~~ et ~~dest.~~
perderet externa iustitia et idola, priores iustitia fiero
ipsi et priora idola in corde erigerent. scilicet fiduciam
et gloriam operis (ut solet caro.) atque hoc ipso gravius
in primum preceptum, orationem tam spiritus operis pec-
carent. Quod gentes ipsi quas occiderent, salubriter premi-
nt et in legitimo usu leges eos sternunt, gloriam operis,
et fiduciam prorsus tenuerit. et ad fiduciam solius gratie
veniunt. q. Non quia cunctas gentes etc. q.d. Quod deus
vestro gladio utitur, non fit, quia vestra virtute opus et
sit. aut sine vobis id non possit. cum sitis paucissimi
Non est gloria operis vestra. sed illius. qui paucitate vestra
usus, tantam multitudinem perdet, alioqui. si multitudinem
voluisset vincere, non vos elegisset. sed alios populos qui sunt
multo plures quam vos.

Quid ergo reliquum est. de quo possitis in isto opere
gloriari? Nihil vestrum, sed quia dilexit vos (inquit)
dominus et servavit iuramentum suum etc. Vides ut
fiduciae humanae in quocunque opere, nihil proponatur quam im-
meritus amor dei. quo ~~verbum suum~~ monstratur. ut verbo
suo et promissione nos praeveniat tum antequam nascimur,
~~... postquam~~ tantum abest. ut quicquam reddat. postquam
nati aut operati fuerimus. Atque id est purus et syn-
cerus sensus primi precepti. credere nos. nihil nostris
meritis, sed omnia ipsius sola misericordia et dilectioni
habere. obtinere. posse et facere in gloriam suam, quia

misericordiam. In verbo suo primum promittit, ita et post ope. quod per nos operatur, tum signo confirmat. ut hic allegat. eductum de Aegypto et post Chananaeorum potentiam

Notabis ergo, magni est spiritus opus, posse res istas divinas nominis et cultus valde speciosas perdere ut sunt gentium arae et religiones, quem enim non absterreat divinum nomen obiectum? imo quem non inflet similitudo illa pietatis? ~~Cert.~~ Certe gentes istae, ut dixi, non coluerant, nisi verum deum, sed cultu et cognomine falso et proprie inventis a deo non praeceptis. Verum multo maioris spiritus est, de tali cultu iactare non gloriari et loco idoli externi non statuisse idolum internum. Adeoque omnis, tanta res est. verum et solum deum pure cognoscere, sincere timere. colere, amare et credere. ut Mosi, tantum sit verborum et ope impendendum. pro primi praecepti declaratione. Ideo et hic repetit verba primi praecepti d. Scies quod dominus deus tuus est deus fidelis sic nunc et ut ostendat haec ad primi praecepti intellectum pertinere. quae de opere fidelium dixerat.

& fallax

5

postquam audieris et servaveris haec

Quod est hoc? quod hactenus docuit, populum esse amatum, non ipsius merito, sed electione dei praevenientis, nunc promittit opibus et meritis amorem, benedictionem? imo quod amplius est, fidem pacti et promissi tribuit operibus eorum. d. si servaveris. servabit et dominus pactum et misericordiam quae hic longo textu de spatii prosperitate exponit. Responsio. Nota est una toties a nobis data distinctio. de praeveniente et subsequente misericordia. praeveniens est, qua nos eligimur

6

vocamur & iustificamur ante omne opus nostrum, sed sequens est. ubi per opera certam facimus nobis ipsis & statuimus ipsam praevenientem misericordiam, de qua dictum est Convertimini ad me (quod fit misericordia praeveniente) & convertar ad vos (quae est subsequens misericordia. quae iam iustificatis pacem & securitatem & omne bonum confert ut alteram possis dicere gratiam & alteram pacem. sic alteram donum & rem, alteram certitudinem accepti doni & rei possessae. Ita hic vult dicere. si servaveris hec precepta (quod tamen sine gratia non poterant) statim ipsa rerum experta, deum esse fidelem, ut terram & promissam donet & donatam confirmet

Si dixeris in corde tuo. Plures sunt gentes iste

Aliam occasionem praevaricationis in primum preceptum tollit Moses, scilicet diffidentiam, quae oritur ex impotentia & infirmitate virium nostrarum, si respicitur ad rem & opus preceptorum, qua terruerant illi exploratores, qui populum terruerunt ab ingressu terrae: in qua gygantes habitare & urbes munitas esse videbant, ut supra vidimus. Docet vero Moses hic utrumque, quo modo implenda sint dei precepta, nempe non nostris viribus, sed divina virtute. Uno verbo simul extinguens & [illegible] virtutis fiduciam || & nostre infirmitatis diffidentiam desperationemque. Presumptionem in hoc, quod indicat maiora mandari, quam possimus, ut hic gentes, quas delere mandat, fatetur esse plures & robustiores Israele vastatore suo. Desperationem in hoc, quod dominus sit facturus per ~~deo~~ omnia quae eis mandat ipse

|| vobis presumpta

presumptio

6, utrique spectassent filii Israel suas vires. & gentium
~~vastandarum~~ vastandarum vires comparassent, prorsus desperassent
& mandatum dei neglexissent. Nunc vero ut fide im-
pleant omnia, promittit affore deum. & addit promis-
sioni exemplum precedentis misericordie, qua Pharaonis
& Aegyptiorum manibus eos liberavit, ut sic verbo
& facto, eos animet ad fidem, qua gentes perderent,
mandante deo, # fide igitur serviunt deo, fide implen-
tur mandata dei, fide mirentur virtutem domini adesse
nobis in omnibus operibus nostris, ut recte Christus dix-
erit Credenti omnia possibilia.

> Quin & verba nova promissione affirmat fidei misericordie, ut videas, quam sit summum in eis gerenda fide,

Ne timeas eos. Quia dominus deus
tuus in medio tui est Deus magnus
& metuendus.

Quem rogo ista magnifica vox non inflet & superbe
reddat, non modo adversus gentes illas perdendas, sed
& adversus omnes portas infernorum? Quid mirum
si unus fugat mille, & sunt ille aut. In deo meo
transiliam murum? Quid potest dici superbius & in-
flatius? Deus magnus & metuendus est in medio nostri.
Deus in medio eius, non commovebitur Ps. 45. Et
Iohannes 4. Maior est qui in vobis est, quam qui in
mundo est, Sint ergo gentes illae validae, gygantes,
armati. Quid tum? Quid est in medio eorum? Nihil
nisi vana fiducia brachii & gladii carnis. Hic autem
deus spiritualium magnus. Sanus feliciter hoc dicitur.
Beatus qui crediderit firmiter, fiet enim, sicut credidit

Non poteris eos delere velociter
ne multiplicentur contra te bestie

Et blande & paterne provocat eos ad fidem, ut etiam
infirmis cogitationibus fidei preveniat, ut si et nunc in

> futuris

propter gentibus

operit promissiones dei in Israel magna ex parte, & aliquos reliquit, non continuo eiicerent, sed differri, aut promissione falli; verum omnia in bonum illorum fieri, ut ita firmius & plenius terram occuparent. & loco impiorum horum posterorum non reperiuntur ferre crudeliores bestias. & hec ipsa dilatio gentibus convertendis dabatur, ut resipiscerent, qui voluerint

10

Particulatim allegorias huius capituli tractemus

Gladius noster verbum dei est, quo populus spiritualis pugnat & interficit primo gentes ipsas, dum convertit ab errore in quo versabantur Isa. 10. Et percutiet terram virga oris sui. & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Sculptilia sunt ipsa dogmata impietatis que procedunt ex opinionibus impiis, quibus putatur deus coli operibus sine fide. Are sunt ipsa studia & exercitia, quibus secundum hec dogmata nos exercemus & affligimus usque plane mactamus. Luci sunt ~~[illegible]~~ ceremonie illae arbitrarie, quas ipsi operibus nobis placemus & indulgemus, velut hec sunt iucunda coram deo. Hec omnia verbo fidei, sunt redigenda in nihilum ut solus deus sit in medio nostri, ut hic dicit

Crabrones mitti ante nos inter gentes, est terrore legis & ~~[illegible]~~ aculeis mortiferis conscientias agitari impios, ut sese abscondere nequeant, donec pereant & impietatem confiteri cogantur, porro ut in manu Israelitarum non erat crabrones premittere, ita & nostrum non est, illum impium perterrefacere, sed deus est, qui conturbat & purificat corda eorum. ut

cum Paulo

conterriti dicunt, Domine quid vis me facere? Et cum Aplis Act. 2. Fratres quid faciemus?

Non subito gratis sed paulatim deleri, ne bestie multiplicentur in terra, est vita inquietatio cordis, non in totum purgari possumus, sed reliquias pugnam spiritus & carnis. ut Ro. 7. & Gal. 5. docet Paulus, Ea pugna in hac necessaria est pro hac vita, ne superbiamus, pigrescamus & securi fiamus, sicut Paulus 1 Cor. 14 dicit. Ne me extollat magnitudo revelationum datus est mihi stimulus carnis meae. Hic relinquuntur in finibus carnis nostre Jebusaei, Cananaei, Philistini. Hae est reliquiae peccati, quae nos sollicitant & in carnis spiritualibus exerceant, ubi quod credulitas & fera bestia est. presumptio, securitas, vana gloria, superbia, socordia, dum nostrae infirmitatis obliti, nostros mores tribuimus, quod solius est gratiae & misericordiae regnantis super nos & contra nostra non imputantis.

12

Nihil de auro sculptilium in domum inferendum est neque verborum neque operum impietatis reliquias in conscientia est servandas, sed puro & solo verbo dei corda imbuenda & servanda, ne tandem & nos inficiant. Exempli gratia, Vox illa impia Liberi arbitrii & quicquid est dogmatum de eo vulgatum, prorsus detestandum, nec admittendum, quasi bona sit vel glosa aliqua tolerari possit. Sic monastica vota & regulas, ceu aurum anathematis habenda, tantum in hoc tractanda, ut arguantur & detestentur, non ut conscientiae nostrae illis consolentur, quamquam id tandem glosula fieri posse putetur, Domus illa conscientiae ab his debet esse munda omnino, quia velut tenemus

14

& nullus conscientia & fide. sicut dicitur, Non patitur rerum, famem, fides, oculus

Capitulum octavum

Omne preceptum ut vivatis & calcetis [?] terram est, sicut dixi, multis dictis & sermonibus totum librum est a Mose constitutum. tractat autem in hoc capitulo, occasionem illam praevaricationis in primum preceptum, quam prebet ~~sa tietas~~ prosperitas & abundantia, quae multo facilius emerit cor. quam adversitas & penuria. sicut in Cantico suo dicit. Incrassatus impinguatus dilatatus recalcitravit. Et Proverb. 1. prosperitas stultorum perdet illos. ut & germanico proverbio dicitur. Es muessen starcke beyne seyn. die da sollen gute tage tragen. foelicibus enim fiet homo malus quam bonus. ut & poeta dicit Luxuria ~~saevior~~ semper hostes vincebant [?] ut

Et recordaberis

Ducit populum suum afflictum & tentatum a deo per quadraginta annos in deserto, ut nota fierent, quae in corde ipsius essent sc[ilicet] an sincero animo deum amaret vel propter ventrem. Neque enim certius cor nostrum (quod deo semper manifestum est) etiam ipsi cognoscimus an veritatis causa deo serviat vel non, nisi dum penuria & malis tentamur. fidele ~~enim~~ cor, quod diligit recte & servit. dum ~~etiam~~ penuria & malis laborat atque in mediis est bonis & bonum. Cor vero infidele recedit, dum absunt bona, recedit dum veniunt mala, sicut ps. 77. dicit. Cor eorum non erat rectum cum eo. &

lingua mentiti sunt ei

tibi
Afflixit te et dedit Manna
ut ostenderet tibi, quod non in solo
pane vivit homo.

Que est ista consequentia? quod dato manna ostenditur hominem vivere verbo dei? An Manna est verbum dei? Neutiquam, sed magis declarat, quod de penuria dixerat. sic hoc modo. Antequam manna tibi daret, sinebat te prius fame laborare, hoc fecit ideo, ut ostenderet tibi, quod si etiam nunquam manna veniret, tamen verbo suo, quo promiserat se fore tibi deum qui te non derelinqueret, te potuit sustentare sicut et sustentavit. Nam fides in verbo dei, etiam in media fame, pascit non solum animam, sed et corpus, idest ut hic dicit, totus homo, cum impossibile sit, fidelem in verbo perire, etiam si nihil corporale comedat aut bibat. Ipse vere non deserat, quin tandem in tempore suo etiam corporaliter pascat, sicut etiam per corvos et viduam Sareptanam: et hic patres per Manna

Igitur ostensio illa, quod homo non solo pane vivat, pertinet non ad manna, sed ad utrumque, scilicet ad afflictionem famis et ~~saturitatem~~ ad copiam mannae: ut sit sensus. Utramque bonitatem suam voluit tibi Deus per hanc experientiam tibi monstrare, ut in fame disceres fidere verbo promittentis, quo et in fame sustentatus nec perires, deinde fide hac tandem corporalem quoque saturitatem acciperes. Nam totum hoc ideo fecit, ~~ut~~ ut incredulitatem tibi tolleret: et disceres non in hoc esse situm hominis vitam: si venter esset promissus pane suo.

16

sed multo magis utrumque scilicet anima et venter. quod nunquam deseret, si venter esset semper saturi, et nunquam ~~[illegible]~~ in ~~penuria~~ per verbum deserit deo fidere in media penuria ventris.

Hoc modo Christus Matth. 4. huius locum citat ubi Satan ei solam ventris curam ~~et~~ suggerit, ipse vero dicit: non in solo pane vivit homo, non negans hominem vivere pane, sed non solo, Nam si panis desit, ~~vivere potest~~ tamen vivit verbo, quo ~~[illegible]~~ per fidem possesso, tandem et panem venire necesse est, etiam si ex petra sit producendus, vel ut hic de coelo mittendus. Quando ergo dicit: Afflixit te penuria et tentavit, revocat a ventre et ventris cura, ut in media fame doceat verbo fidere et vivere. Quando dicit: Et dedit tibi manna, ostendit, non defuturum illis panem illis, qui verbo vivit in fame ~~et tentationem famis~~

Vides ergo nihil nisi fidem doceri his verbis quae tenemus et credimus. nos habere deum nostra sensum primi praecepti. Praecepit autem ~~ergo~~ huius facti esse memores, quomodo aliti sint et verbo et pane in deserto, nihil indicans et prophetans fore, ut, in posterum simili famis tentatione aliquando vexarentur, ut tunc huius exempli consolatione sese ad fidem erigerent, securique sese esse pascendos, ut nunquam sentiat famem, modo credant promissionibus verbi quo sese illis deum esse promittit. Sicut dicit et Ps. 36. Et in tempore famis saturabuntur

Q 1

impossibile est tamen nostrum derelinquere, aut sinere eius
quaerere panem. Esuriat sane, sed non moriatur
fame, famis enim exercet fidem eius in verbo. Fi-
des autem panem & pro corpore impetrat. Dat
ergo Mosi verbum egregium, sic agere deum cum
suis, ut famem tradat & exerceat verbo suo, tum
credentem pascat, vel e medio tollat, si suis fieri non [operetur]
possit; ut sic experientia discant, non esse pro ven-
tre esse sollicitos, nec vitam esse in his quae possidemus
sed in pane, sed in verbo: quo in deum confirmamur
similis ut est in Euangelio. Verbo enim deum cognoscimus

Q. 2 — in corde, (cogimus ~~vel~~) quasi deum ut & ventrem
pascat.

Dicit autem promittit ~~eorum~~ [vestium] indumenta & vestium bonitate & valetudinem bonam corporis
sicut hic mox post manna subiungit. Vestimentum
tuum vetustate non defecit. & pes tuus non intumuit
his quadraginta annis, ut hic verbo docet. Nihil de-
futurum his qui verbo vivunt & credunt, sed ~~ut Petrus~~
ait curae est nos deo in omnibus & per omnia. Sicut Petrus
dicit. Omnem sollicitudinem proiicientes in eum, quia
ipsi est cura de vobis. Et ps 33 Inquirentes domi-
num non deficient ullo bono; Istas sane & similes pro-

plenae — missiones dei // magnificas & fideles, intelligere, est vere
intelligere primi praecepti promissionem. quae dicit Ego
sum Dominus deus tuus. Deus tuus (inquit) qui

non tu de relinquam — me deum tibi ostendam, & exhibeo // modo tu me credas
~~esse ante~~ Nam omnes tales [promissiones] // pendent & fluunt ex primo
praecepto. Contra illas non credere, est vere praeceptum
non intelligere, sed deos alienos habere

non in de — 4

Applicat autem Mose hanc doctrinam fidei ad usum futurum in media copia rerum, sicut a principio capitis dixi, ut tum se recordentur, quomodo per verbum olim in media penuria alti sint manna. Et recogitent per exemplum et dogma, et discant, non eo magis fidere deo, quia abundent et saturi sint ventre bene pransi, quae fiducia, non est fiducia in deo, sed potius in bonis et bonis acceptis, quia sic, ut obliviscantur verae fiduciae [tum] quae verbi dei. Et nunquam discunt in penuria fidere ~~verbo~~ deo. Sic (ut dixi) magna res est, et multi sperabant opus florentibus rebus, non oblivisci deum. Et sic scit habere, ~~[illegible]~~ paulus, ac si nihil habeat, uti mundo tanquam non uta~~tur~~. scire desperare et abundare, ~~sat~~ [scire] humiliari, et sublimari. Et cum prosperitate, cor non apponere divitiis, si affluant et non vanescere ~~sed~~ sed soli deo adhaerere

Hoc est enim, quod agit Mose ~~agit~~ in hoc capitulo exponens et suggerens in media abundantia exemplum illud Mannae in media penuria dati, ut a ventre ad verbum reverterentur. Unde et repetit in fine, postquam capta futuras dispunxerat. Et dicit, Eduxit tibi rivos de petra dura. Et cibavit te manna in deserto, quod nescierunt patres tui, ut affligeret et probaret te et postea benefaceret, ne diceres in corde tuo &c. Nam robustum ~~ex~~ exemplum est, quod ex petra dura potum dedit, quam quod vestivit Matthaei 6 de liliis agri et volucribus caeli a deo provisis docet. Quid enim minus e saxo sperem quam aquam et potum. Quid minus in deserto quam panem et victum. Cur non aquam ex viride aliqua arbore vel nube ei dedit. Cur non victum ex ramis vel radicibus aut herbis. Sic Cur hoc fecit.

Sed ad commendandam illam inestimabilem curam dei
erga nos, qui tum etiam deus noster sit. Et omnia largiter
debeat. Cum fuerint omnia desperatissima, et qui velit
et possit saxum in potum [illegible] mutare, desertum in
alvum [illegible], nuditatem in decorem vestium, paupertatem
tem in opes, mortem in vitam, ignominiam in gloriam
malum in bonum, hostes in amicos. Et quid non? Omnia
ex omnibus, omnia in omnia, omnia ex nihilo, omnia in nihilum, potest dare et mutare
tantum hoc agas, ut credas. Et ubi affuerit penuria, non
frangeris nec sollicitus sis, rursus ubi affuerit copia,
non inflaberis et securus eris, [illegible], sed sive adsunt
sive desunt omnia, eodem corde semper deo tuo adhaerens
fidens, quod is, qui dat copiam, dabit etiam cum pressit
vel inopia. Vide ergo quam commode et apte Moses isto
miraculo dei utitur ad exstimulandum fidem primi prae
praecepti

Ne dicas in corde tuo fortitudo
mea et manus mea

Hoc adiicit, ut oblivio dei qualis sit et unde
oriatur, describat, sic enim fiunt insipiens cor hominis
ubi affluxerint divitiae. Ego meis laboribus hic parta
iii, nec advertit, esse has meras benedictiones dei,
aliquando per labores nostros, aliquando sine laboribus
nostris, nunquam autem ex laboribus nostris. Semper vero
ex gratuita misericordia sua donantur. Ut enim semper
dormimus, labore nostro utitur, cum terra quaedam, sub
qua tendit[?] nos et sua largitur, ne fidei sit locus
ne nostris meritis aut laboribus partum putemus
quod habemus, sed ut hic dicit, nostra fortitudine et
robore manus nostrae hanc facultatem possedisse nos arbi

tremuit. sed ut recordemur domini dei, quod ipse sit, qui
praebeat vires ad parandas has facultates, non nostras vi-
riles, sed quia promiserat ante.

Iste est [igitur] locus ille insignis, unde fluxerunt multa
egregia dicta, Qualis est illud prover. Benedictio do-
mini divites facit. Item ps. Qui dat escam omni
carni. Et totus ille psalmus Salomonis, Nisi domi-
nus aedificaverit domum. Ubi prorsus denegatur quicquam
viribus nostris parari aut servari, sicut et hic Moses
negat fortitudine nostra aut robore manuum nostrarum
parari opes, sed benedicente et praebente vires deo, ut
faciamus ~~haec~~ facultatem. hoc est opes et substantias
hoc enim significat vox Ebraea. Hail. Fides ergo est, sive
summa rei, et vera intelligentia et plenitudo praecepti
primi, quae nec prosperis extollitur, nec adversis deiicitur

Si autem oblitus domini dei tui

Sicut credentibus promissio gratiae, ita incredulis
comminatio irae proponitur, ut utrumque trahat et urgeat
ad fidem. Incredulitas facit ex deo et patre, iudicem et
hostem, sicut hic dicit. Testificor vobis, quod omnino
dispereatis. Fides facit ex hoste et iudice, deum et
patrem ut paulo supra dixit. Sicut homo erudit fi-
lium suum, sic erudiet dominus te. Et [iterum hic] insigniter
notabis, populum Israel prorsus [non] ~~velit~~ distare a gen-
tibus illis perdendis, nisi fide, sicut hic eos perituros dicit
sicut atque gentes illas, quas dominus coram eis delebat.
Non ergo habent, quod adversus gentes glorientur. de
lege. de iustitia operum. de sanguine patrum, de miraculis
dei. de eloquiis divinis, de sacerdotio. de regno, et supra

sunt alia. si fide ~~vivimus~~ sunt. Stat sententia, si dei fuerint
obliti, & deos alienos coluerint, peribunt, ac si hec omnia
nihil sint, & ipsi, quod gratis esset. Qui enim non cre-
diderit condemnabitur. Salus aut datum est, Colere
alienos deos est incredulum esse & agere erga verum
deum.

Mysteria seu allegoriae huius capituli patent fa-
cile. Manna quod tradit paratum seu datum dicitur
eo quod absque manibus nostris paretur & datur. sic
infert Euangelion dei, sicut & Christus Joh. 6. exponit
Non Moses dedit vobis panem de celo, sed pater meus
dat vobis panem de celo verum. Hoc enim verbum ex
lege, non nostris meritis aut merito datum est mundo.
Penuria & afflictio in deserto quadraginta annis, sic
infert, miseriam laborantis in peccato conscientie. Ubi
est fames, sitis, deinde serpens igniti, serpens ... sic
morsus & ardens peccati, quod nos dire affligit. Venit
Manna & alit nos. Venit ramus e petra, i. spiritus,
per Christum crucifixum nobis impetratum & qui refri-
gerat nos ut nunquam sitiamus ulterius Joh. 4. Porro
quod absurdum sit e petra pressa fluere aquas, tam incognitum
erat, ex morte Christi venire spiritum vite. Ita ut
& Moses hic laboretur. Quis enim spiritum vivificantem
venire ex moriente & sepulto carne speraret.

Abundantia & felicitas in terra promissionis
sunt opes illi ~~thesauri~~ donorum spiritus Christiani, sa-
pientie & scientie in Christo nobis donati. Ubi habe-
bimus plura, & opulentos in omni benedictione celesti Col.
Hic opus est non inflatum satiari, sed benedicamus
domino grati, qui dedit hec omnia, non solum ...

pressa

reddit. verum etiam sub poena peccati maledictus & per ditus. Haec pro occasione satis

Capitulum Nonum

In hoc capitulo amputat Moses aliam occasionem praesumptionis, primam praesumptionem, quam vocant sapientiam spiritualem, quae de iustitia & meritis gloriatur. Haec est fiducia in operibus propriis, qua non est pestilentior pestis & adversaria fidei & fiduciae in misericordia Dei, adeo multis verbis eam Moses hic destruit per totum capitulum, Nam haec est rapina gloriae Dei, neque enim possunt simul consistere, gloriari in Deo, & gloriari in nobis ipsis de iustitia & operibus. Confutat autem eam iustitiam tribus robustis argumentis.

Primo, quod gentes illae meruerunt expelli, propter suam impietatem, Neque enim propter iustitias tuas & aequitatem cordis tui ingredieris, sed quia illae impie egerunt, expellit eas Dominus. Hoc exemplo disce & nos credere oportet, si videmus alios puniri. ~~Quia~~ sicut punitur nos sicut [illegible] per alios, Quia non sequitur, Deus voluit punire illum, ergo tu & alii estis iusti prae illo. aliud quam terras illa bellum, quod oppressit multos in Ierusalem hoc [illegible] etiam iusti reputabantur. Sed Deus ~~[illegible]~~ punit impios, sive hoc faciat per terram, ignem, aquam bestias, vel alterius hominis manus, nihil refert nihil ibi agitur, nisi quod Deus impios impium punit.

Exterum exemplum ibi intuendum est, ubi eum in terrorem punitur impius, sicut Christus Lucae 13 exponit dicens. Omnes sic peribitis. Et Paulus Ro. 11

de misericordia Dei

F

eodem argumento)

dum, vetat gentes extolli adversus ramos defractos dicit vide ne nec tibi parcat, alioqui & tu exscinderis Ro. 10 2. Existimas homo, qui iudicas eos, qui talia faciunt & eadem facis, quod effugies iudicium dei? Egregia est Au. & d. Gregorii sententia dicentis, Dum quorundam peccata conspicimus, nos metipsos primum in eorum ea lamentatione deflere oportet, quia aut similiter & ipsi lapsi sumus, aut labi possumus. Id quod quidam hoc versu comprehendit. Aut sumus, aut fuimus, aut possumus esse, quod hic est. Et illud in vitis patrum, in lapsum fratris audistis, Ille heri (inquit) ego hodie. Quare dum alius peccat, illud cogitandum, tua res agitur, paries cum proximus ardet. Tum non miserendi & compatientis affectu sunt insuper perdendi sed pertendi a nobis, cogitando, quod nos misericordia dei sumus, forte & ipsi, eadem virga, in eisdem proiiciendi ubi correpti per nos fuerint, merentur

Secundo ~~confirmat~~ autoritate promissionis divinae ~~Quia (inquit)~~ Expulit eos dominus, ut compleret iuramentum & verbum suum, quod pollicitus est patribus tuis. Videl. patuit exclusus dei in iustitia propria fiduciam. Nam ubi erant filii Israel, cum promitteret deus Abrahae patri, terram adhuc steriles & desperati in fecunditatis terram Canaan? Si ergo ex promissione dei terram possident, non ergo ex meritis aut iustitia propria, sed ex mera gratia & bonitate dei super indignos & nondum natos effusa. Cur enim promisit? An quod sic mererentur ii qui post 430 annos erant futuri? Absit, sed quod ex sola bonitate promisit, sola etiam misericordia complevit verbum suum. Hoc argumento & Paulus Gal. 3 & Ro. 4 utitur, dum probat

17.

accipiunt &

iustitiae probat, iustitiam non deberi meritis, sed misericordiae dei olim promissi

Tertio. ipsa exempla ~~[illegible]~~ docent. Cum sic populus dure cervicis et quae cervice adeo non meruerint terram, ut propterea fuerit, cum vastaretur deus, ut ipsos pariter iudaeos deleret in deserto. sicut psalmus dicit Et levavit manum suam, ut prosterneret eos in deserto. ~~insuper~~ Et promissionem suam alio convertit scilicet in posteros Mosi, Illi + denique omnes ad unum perierunt in deserto, excepto Josua et Chaleb, ut nec Moses nec Aaron intraret terram. Tantum abest igitur ut meritis suis terram ingrederentur, ut etiam longe contraria illis evenire oportuerit, sicut et evenerunt, si secundum merita cum illis agendum fuerit. Hoc argumento et paulus Ro. 4 utitur ubi dicit. Si ex lege heredes, exinanita est fides, abolita est promissio. Lex enim iram operatur. ut videas eadem dialectica scribere et Mosen et paulum ubi adversus iustitiam operum pro gratia et misericordia dei,

Quare haec omnia et in nostram doctrinam scripta sunt, ut discamus, mala si quae ~~[illegible]~~ veniant super ~~[illegible]~~ impios, venire quidem meritis illorum; Ceterum si super nos non veniunt, sed bonis fruimur, non nostrae iustitiae deberi, ~~[illegible]~~ sed divinae bonitati, quae nobis ab aeterno talia sunt promissa et promissa, cum et nos longe contraria mereamur. Stat enim sententia, Non propter iustitiam nostram, ullum bonum nobis dari, sed ut deus suum verbum compleat, quod patribus iuravit, ne iustificemur et velut ex iustitia nostra faciamus, sed deum unum nos habere sciamus

14

ex quo omnia suscepimus gratis ex mera bonitate sua sese indignos esse fassa. Sicut & Iacob patriarcha confitetur dicens, Minor sum omnibus miserationibus tuis, & c. Non una tantum miseratione, velut magna, sed quibuscumque, semper quamcumque parva & modica.

Deinde antidotum salutare adversus hanc pestem adhibet Moses. (tanti momenti est hoc monstrum ingratitudinis ut satis confutari non possit.) Ponit enim ob oculos omnia flagitia preterita populi & iubet eos talium meminisse, & illud in monte Sinai peccatum vituli adorati, magna vi verborum urget. Quid enim praestantius videri potest ad mortificandos [illegible] animos superbos, quam recordari praeteritorum impietatum & scelerum? Quod enim habet nisi, unde erubescat oculos ad deum levare? sicut Paulus ait suis Ephesijs. In quibus nunc erubescitis. Nam ideo & David, Mosen, Petrum & Paulum magnosque alios viros labi permisit ut humiliarentur & coram deo erubescerent, solaque sua bonitate niterentur. Unde Petrus 2 Pet 1. acriter eos taxat, qui praeteritorum peccatorum remissionis oblivionem acceperunt: steriles & frigidi, deinde praefracti & superbi fiunt.

Preterea

Denique concludit. Semper fuistis inobedientes domino a die qua vos nosse coepi. O digna praeconia, o merita, o virtutes sancti populi. Sic inobedientia divinis mandatis, i nunc & gloriare, iacta, inflare, tuis iustitijs terram datam, qui aliud non mereris audire, quam quod sis populus durae cervicis & semper inobediens domino. Sic his meritis debetur opulenta illa regio, ac non potius mille mortes & cruces? Quid atrocius dici potest, quam esse inobedientem domino? & tamen huic inobedienti datur terra illa laudata & benedicta. Quid hic reliquum habet

Israel unde sustulerat, ac non potuit in solitudinem eos ponere et dicat. Precor suum omnibus gentibus. Et magna ac immerita est gratia mea, quod terram illam accepio? Israel, si Israel ille sanctus et peculiaris populus talis est coram deo, Quid nos gentes et peccatores sumus?

16

Vide hic Mosen, quantis verbis populum accusat in ea ipsa oratione, qua pro eis orat. d. Ne aspicias duritiam populi huius, et impietatem atque peccatum ne forte dicant habitatores terrae. Nihil hic de populo memoratur, nisi talia, ut qui meruerint mortem. Hic satis est, quod periculum nominis domini inspiciebat in illorum perditione. Quare, ut nomen dei non blasphemetur, detur eis venia, non demanda aliqua. sed prorsus perdendi, si gloria nominis dei, quod super eos vocatum erat, salva esse posset. Hinc acceperunt et alii multi, praesertim David in psalterio, hunc praetextum sane fortem et fidelem, ut dicunt, propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo etc. Et Josue Quid facies nomini tuo magno, quod invocatum est super nos?

Capitulum decimum

Quae hic de tabulis secundis dicit Moses, pertinent ad repetitionem praecedentis de peccato vituli acerrime exaggerando, sunt enim capitula inepte distincta, ut alibi saepius frequenter ita et hic. Quae vero de profectionibus et mansionibus Israelis, de morte Aaron et substitutione filii Eleasari, de institutione Levitarum ad portandam arcam et ad standum in ministerio domini, dicuntur vel quod ea gesta sunt, cum haec agere

X

tur, vel quod in his manifestibus exercitiis sit Moses
in leuitis, quod in illo monte semel mandatum fuerat.
Vel quod magis credo, quod post mortem Aaron, instituto
novo sacerdote Eleasaro. Leuiticum ministeria denuo
& iterum correcta & instaurata sunt, ut solet fieri
in rebus humanis: crebris labentibus & variantibus
Deinde his[?] testibus[?], videt Moses ad peccatum vituli. & im-
petrata venia, mandatum accepit ducendi populi in terram
promissam

Allegoria vituli & tabularum, quam ipse quoque
ad Cap. praecedens ponit. De tabulis satis nos docet
Moses 2 Cor. 3. Ubi est tabulas lapideas, dura illa
corda populi legalis. Ubi populus gratiae habet tabulas
cordis carnales & molles a Christo. Aut sunt leges in
tabulis lapideis, quia opus legis scriptum est in cordi-
bus teste eorum conscientia Ro. 2. Sed duritia cordis
facit, ut nec affectu capiatur, amentur servetur nec
opere impleatur. Sicut tabulae lapideae tantum servant lit-
teras scriptas, sed nihil faciunt. Ita corda dura sine spi-
ritu legem habent tantum in testimonium contra se
ipsa. Propterea populus iudeus, hostis talis est legis
& totius Mosi contra seipsum in testimonium

. 2.

Vitulus ex auro conflatus, dogma est opinionum
ex scripturae verbis & lege depravata, conflatum &
contortum ministerio & arte sacerdotum, qui praeesse
debent populum, hic adoratur, dum in illo gloriam &
fiduciam conscientia (quae soli vero Deo debetur) collo-
catur, sicut mirum[?] est fieri in Iustitiariis. Moses
vero accepit illud & igne comburens, confringens &
comminuens proiicit in torrentem, qui de monte des-

verum ministerium
reddit. Hoc est ~~vera notitia~~ legis docet cognitionem pecc[ati]
& ipsa nihil est nisi mors sine dogmatibus, sed opus est
gratia dei, quae iustificet. Ideo tamen hoc dogma con
textum proijcitur & absorbetur torrente Evangelii, qui ~~manat~~ manat
ex christo monte qui terram implet. Ex eo dat Moses
populo libere, dum monstrat Evangelion est necessarium
& illud urget cognitionem peccati

Tum redit Moses ad exhortationem & commendatio
nem primi praecepti dicens. Et nunc Israel quid do
minus deus tuus petit a te? ~~Hic~~ q. d. Hoc est sum
ma praecepti primi, de quo omnia hic dixi & propter
quod omnia praedicta facta sunt. ut timeas dominum
deum tuum & ambules & diligas & servias. ut
serves praecepta quae hodie praecipio tibi. Dixi supra.
Quod timor dei apud Ebraeos valet id, quod apud nos
cultus dei. Et vide hic ordinem, Timere, ambu
lare, diligere, servire toto corde et praemittit Moses
hunc, quod sequitur Ut serves praecepta & statuta ei[us]
ut sciat, nihil externorum praeceptorum servari pos
se, quod deo placeat, nisi procedat ex corde timente 4
diligente, obediente & serviente. Ut virtus primi prae
cepti, quae est fides, regnat & operetur in omnibus prae
ceptis & operibus. Sine qua sunt omnia nihil nisi
species & larva

En domini dei tui caelum est & caelum
caelorum

Iterum monstrat & repetit more suo legislationis
magnitudinem & bonitatem dei praecipientis. Ecce ait
Diversi sunt caeli & diversi dii, sed deus tuus est sup[er]

omnes omnes (ut paulus 1 Cor. 8 fere loquitur) Qui non ex omnibus populis, sed omnibus zelis, patres nos et semen eorum amavit et elegit. Notum est, zelos in scripturis, distinctum, non secundum species ut multi multiplici solent, sed secundum personas tenere, ut alibi dixit. Debet zelum quod supra re est, ferrum, sed ut aliud zelum unius et aliud zelum alterius populi sed inficit. Verum hic deus est omnium zelorum hic est, sed omnes zelos, in omni creatura regnans. Et non Iudaeorum deus tantum, sed et omnium gentium Sic Ps. 113 Caelum zelorum, dedit domino, terram autem filiis hominum

Sic et terra distributur.

Circumcidite igitur praeputium cordis

Manifestus hic locus est de genuina circumcisione ubi simul damnatur fiducia et praesumptio carnalis circumcisionis. Alioqui si ea sufficeret, quid opus erat exigere circumcisionem cordis? Sic et Jeremias dicit. Gentes est quidem incircumcisae carne, sed Israel est incircumcisus corde, Quo verbo totam illam gloriam populi huius prosternit Moses, qua praecedente verbo [illegible] vos infecisse, ubi dixit, prae omnibus populis sub omni caelo esse vos electos, ne superbirent contra religionis gratia. Quam mox sequitur. Dominus est deus minorum dominus et magnorum, qui non personam respicit nec munera accipit. Quid hinc? Nihil nisi obedientiam cordis per circumcisionem spiritus, unus locus est ex Deutero. x. Cum igitur Deus personam non respiciat. Circumcisio autem carnis et generatio sanguinis ex patribus et omnia praeter circumcisionem cordis, sint personalia et personas faciunt, sequitur, quod propter ea, non possunt

6.

deo placere, sed sola circumcisione cordis. Qui signatis habebant, ut Ro. 2. describitur, implent legem & viderunt vitios carne circumcisos.

Destruit ergo Moses hoc dicto opinionem illam peccati adversus primum praeceptum, quae oritur ex observata circumcisione & omnibus operibus legis. Satis mirabilis legislator, qui simul praecepit opera, & tamen ea facta damnat. Verum hoc agit, ut non ex operibus legis, sicut legem implere, sed ex circumcisione cordis. & ea demum opera est vere bona, quae non ex lege coacte, sed ex spontanea cordis circumcisione procedunt. Sic enim sequitur, quod personas non respicit alioqui opera non nisi personas faciunt, & similis est hic locus Mosi, cum quem Paulus ad Ro. tractat

Amat peregrinum ut det ei victum

Observanda sunt illa suavissima promissiones dei. Qui non respicit personas, Item non accipit munera. Item facit iudicium viduae & pupillo. Item qui amat peregrinum, & ut det ei victum & vestitum. His enim verbis consolatur deus plane omnes miseros, derelictos & afflictos in toto orbe, & allicit corda eorum ad se, ut illi sese credant, & suae bonitati fidant sicut debetur vero uni & soli deo. Nam si personas non respicit, iam libere quod florere & inflato corde superbum adversus omnes reges, principes, doctos, fortes mundi, certus, quod qui ab ipsis con pauper, vigiles, infirmus contemnor & despicior, tamen ab eo, qui est deus deorum, & dominus dominantium (ut hic Moses quo verbis luxuriant & superbit) potens: terribilis

H

4

~~Nam~~ sicut omnes contemptores meos, superbos respuam. Quia
curam habeo. Quid ergo dicit mihi, si dominus aliquis
strenuum pauperum me despicit, quando me dominus
omnium dominantium et deus deorum sua cura dignatur?
Ita si sum stultus, peccator, desperatus ac deploratus,
adde si sum damnatus, iudicatus, excaecatus et per-
secutor, hereticus, maledictus, blasphemus, diaboli servus
quid tum? Illi sunt sancti, iusti, honorati, laudati
~~et~~ inter filios dei reputati. Et inter sidera numerati
quid tum? Hic est deus deorum, qui haec omnia
non respicit, nec illorum sana curat, ego mei pec-
catoris et stulti curam habet, atque illi dicit pro-
servant, Obsecro, si fide istae promissiones tene-
antur, quae res accidere posset ~~quod possit~~ quae
me contristare queat? Quod peccatum me premere
possit, quod desperationem facere queat? Una ~~quae~~ quae
~~et~~ altitudo vel profundum? quod praesumtio? quae re
alia ~~potest~~ nos aut inflare aut humiliare?

posset

Haereat tot his verbis. Et nihil deerit ~~nisi~~ omnia
destruerint, et nihil aberit, ~~cum omnia~~ etiam acciderint
~~tan~~ tantum crede, non mentiri eum, qui haec dixit,
sicut mentiri non potest. Et habebis cor sincerum
ac laetum, in omnibus et per omnia.
Sic haec est interpretari primum praeceptum.
Haec est Commentarius ipsius mei Mosi. Hic nihil
[...]ligere docet, quod scire est deum, quod scire habere de-
um, quod sit implere primum praeceptum. Quam
si ipsius fontes vel haec sola verba fuerunt pro-
phetis, qui hinc omnia sumpserunt, quae de cura
dei, super infirmos, viles, pauperes, peccatores, indignos

pupillos, viduatos, damnatos, afflictos, miseros, clamant.
Rursus qui adversus dantes, tyrannos, potentes &
iniquos iudices, violentos, duros, superbos, de ira & indigna-
tione Dei tonant, omnia cum haec fluunt ex oceano illo
magno primi praecepti, & rursus in ipsum refluunt
ut non sit solatio frequentior & plenior auditu vox
rursus terrore durior & severior, quam vox illa primi prae-
cepti. Ego sum dominus Deus tuus.

ut cum [illegible] [illegible]

Et ut pergamus ad reliqua, Multi patiuntur
viduae & pupilli, tamen quis eos curat? Nemo, Nemo.
At hic spectant corde certo, ubi dicitur in textu quoniam
dominus, Deus Deorum, Dominus dominantium, magnus [Deus]
nus, potens & terribilis. Hic facit iudicium viduae
& pupillo, patrisque pater orphanorum & iudex viduarum
qui hunc titulum gloriae suae se velle habere vult, ut
videatur ex mera misericordia monere tyrannos,
ne peccatum committant, ut contra eos cogatur eo titulo
satis facere, sed feliciter terret, ut timeant vexare
viduas & pupillos, quin potius suo exemplo illos bene
faciant & ament. Atque id multo insignius est, quod
sive viduae & pupilli credant sive non, nihilo
minus ipse iudicium eorum facit, & tyrannos iu-
dicat, licet incredulitas viduarum aut pupillorum
illud non mereatur in hac vita, vel dum durat
incredulitas, experiri, Nam promissio illa pergit &
impletur [illegible] contra violentos & duros, etiam si nul-
lus hoc crederet, multo potentius ac citius implenda
si ipsi viduae & pupilli crederent.

Vide Super. Psal. 67

10

Ut peregrinos amat ut pascat & vestiat

Quis obsecro nunc confidat in dominum aut hereditatem
paternam? Quae etiam non est contemnenda, sed si quo
casu contingat peregrinari, ne diffidat, neque minus cre-
dat quam si domo paterna frueretur. Sed nunc psalmista
canit, pater meus & mater mea dereliquerunt me,
dominus autem assumpsit me. Das ist der patriar-
che Iacob dicit. Ita nostrum profugum ~~non dico~~
via fratres debuerunt necare, ostendit illi regnum dei. &
dedit ei scientiam sacrarum rerum, constituit illum
laboratorum suorum & perfecit labores eius &c. Quis debuisset
tunc illud contingere, quod plures discessunt, exaltan-
tur & inclarescunt apud extraneos, quam qui apud paren-
tes domi manentes educantur. Nam deus est pater
eius, qui peregrinum amat, ad dandum ei victum &
vestitum

Ipse est Laus tua & Deus tuus

Phrasis Ebraica, laus hoc loco nihil propri-
e indicat est, quod partus regis [illegible] aut
[illegible] tam gloriatorum, teutonice [illegible]
Ut sit sensus, te nulla re neque de te aut tuis [illegible]
bus inflaturus aut gloriaturus, sed in deo tuo glo-
riare, in hoc ipso inflare, in ipso superbus esto. Dominus
[illegible]: quod ipse sit, qui plerumque non resperit ~~plerumque~~
[illegible] & fecit tecum haec omnia magnalia, quae
viderunt oculi tui, quod experimento didicisti, quod
tibi peregrino victum & vestitum dedit, quod plerumque
non resperit, quod viderat [illegible] & videre in illa
hic ergo, quae inflaris & superbus sis, adversus
omnes tyrannos, imo adversus omnia mala, semper

Deum verum, quem omnibus bonis preuenit. Vi-
des ergo primi precepti plenitudinem esse, Si habeas
sic Deum bonis, gloriatio, voluntas, fiducia cordis
nostri in omni utroque tempore, prosperitatis et adver-
sitatis; Hoc est enim Deum habere in veritate.

Allegoria de tabulis fractis et iterum paratis
ea est, quod ministerium legis in duplici usu est,
primo, cum nihil nisi opera sine corde fiunt, hoc
est vere vitulum erigi et adorari, idest ex lege fa-
cere, Deo tamen opus et in ea gloriari. Quod idem
est, legem dei violari, Hoc significat Moses, quod
viso vitulo, frangit tabulas, idest ostendit per doctri-
nam et opinionem operum violatam esse legem
dei. Sic ergo lex non peruenit ad populum, quia non
intelligitur a populo carnali. Secundo, cum per-
venit ad populum, sed radiante facie Mosi non susti-
netur et accenduntur adoratores vituli. Hoc est spi-
ritualis lex, cum spiritus enim peccatum ostendit Ro. 7.
et haec sustineri non potest ceruicis radiis eius, expectatio
longe aliud quam operis. Vbi simul hic destruitur pro-
fectus filiorum Israel et moriuntur Aaron, et refor-
matio Leuitarum. Sed quod secundus usus legis, suc-
cedat primo. et aboleri oportet sacerdotes et magistros
vituli, et hoc est diuidere operam, ut populus in
alium affectum migret, et Leuitae, hoc est, ministri
verbi reformantur, qui stant in ministerio domini
coram eo et benedicunt in nomine domini, hoc est
predicant verbum gratiae, ut sic per eos corrigantur filius
domini sui fide pura, ac tum instituatur presbyterium sanum

Caput undecimum

Hoc capitulum ~~est [illegible]~~ est epilogus quidam exhortationum suarum precedentium sub primo precepto. Repetit enim et inculcat beneficia in Aegypto et deserto accepta, et promittit terram et futura beneficia accipienda, si servaverint precepta dei, et deos alienos non coluerint. Hoc enim preceptum primum continens tractavit et ~~[illegible]~~ orsit, ubi et circa epilogum sic pollicitus est, ut mandet illud in cordibus suis, pro signo in manibus et oculis ligari et docendum filios, sicut et supra fecit. Quare in isto fere est tota summa et plenitudo omnium superiorum. Hic undecimus tibi omnium a Mose, quod pertinet ad intellectum primi precepti, quo modo, omnia qui promiserunt, omnia qui inspiciunt, exposuit tractavit. In sequentibus tractabit reliqua et ceremonias eiusdem precepti.

ad fidem

& [illegible] ii

ad 19.

Inter initia autem et promissiones aliquot, nempe si domino adheserint, expulsurum esse gentes fortiores ~~fortes~~, et item omnem locum quem calcaverit pes eorum, fore ipsorum. Item quod ait, Nullus stabit contra vos. Et formidinem ac terrorem vestri dabit dominus deus vester super omnem terram, quam ingressuri estis ~~fuit~~, deinde nomen promissiones et maledictionem. Quam utramque scilicet benedictionem et maledictionem mandat pronuntiari in montibus Garizim et Ebal, de quo infra dicemus. Quae omnia ad finalem epilogum pertinent. Addit et certe promissionis conditionem per modum promissionis

Sed eam non esse sicut terram Aegypti, sed esse domino cure singulari, cuius oculi in ea sunt a principio anni usque ad finem; Sed ut suspendat eos fide in deo & sciant plenius hic terre fertilitatem prestandam fauore a deo, & negandam infidelibus.

Notum est Aegyptum non pluuijs rigari, sed inundatione Nili quotannis in estate, Quod miraculum dei assiduitate uilent, sicut & omnia alia, Ita & hoc eam differt ab alijs terris, mirabili differentia. At hec terra promissionis, montes & valles habet, ideo non inundatione fluminis, sed rigantur pluuijs de celo frequentibus. Non quod alie terre non eodem modo rigentur. // & curentur // Et oculi domini in illis non sint a principio anni usque in finem [sicut in ista], cum ipse det escam omni carni. Et in preced. cap. ipse pluuiam matutinam & vespertinam dat, et replet terram & cibo corda filiorum hominum. // act. 14. Sed quod nulle gentes de hac re habeant promissionem dei, quamquam omnia det deus. Sed huic populo peculiari addit promissionis verbum ut non solo pane, sicut cetere gentes, sed & verbo viuant, nec curam nimiam de terra solum haberent sed & multo magis & spiritus, Ne putarent sibi dari terram in qua se sicut porci saginarent ac non potius verbo dei alerentur, & verbo dei omnia acciperent. hoc est deo fiderent. Non ergo propter terram ipsam, sed propter populum in ipsa, curat eum deus & respicit, ut eos fide regat in illa, sicut alibi dicitur Non gentem propter locum, sed locum propter gentem elegit. Non enim elegit Abraham & semen eius

16

propter terram, quam ei promiserat, sed elegit terram propter Abraham, quam ei donaret

Significat autem ea terra regnum Christi quod extra missis ceremoniis & doctrinis & operariis acceptum, per verbum Evangelii liberatur a peccatis & erroribus, in qua per fidem sic vivitur, ut certa & fidei conscientia statuamus nos esse charos Deo. & plurimos gratiae suae aspectus super nos perpetuo. Deinde plurimis coelestis doctrinae fecundatur. Non enim opere aut viribus hominis, sicut in Aegypto dirimitur agri [illegible] ger. sed solo dei sermone rigatur de coelo et pluvia temporanea & serotina alias quod dicta sunt, ut temporanea pluvia sit pluvia prior, serotina sit posterior. Sic enim fiunt [illegible] & ipsa rerum si post pluviam sequitur serenum & calor solis. Deinde ubi aestus praevaluerit, iterum pluvia sequatur. Nam prima pluvia [illegible] post. atque perpetuus aestus & ardor. Sic & doctrina non sola in populo est versanda, sed post doctrinam, opus fidei exercendum, Ubi vero virtus operando & patiendo lassata fuerit, tum iterum doctrina rursus erigendum, confortandum & consolandum, sic crescit homo in cognitionem Dei. Atque plura docere & nihil facere, est idem ac si perpetuo plueret & ut omnia suffocarentur & perirent. Rursus facere & pati & non docere, idem est ac si perpetuo ferveret aestus, ut etiam sic lassata virtus spiritus extingueretur. Opus ergo ergo utraque pluvia, temporanea & serotina, id est docere & exhortari, [illegible] Qui docet in doctrina, qui exhortatur, in exhortando

Ca. Duodecimum.

Capitulum duodecimum

Hec sunt statuta et iura

Absoluta explicatione spiritualis precepti primi, et instituto corde, pergit nunc Moses ad opera et ritus dei externos in opere cerimoniis. Et primo decernit de loco cultus divini, ubi fere quinquies aut sexies repetit, ne in loco quovis sibi placito, sed solum in eo quem elegerit dominus sacrificent et deum colant. Unde et gentium loca, aras, statuas precepit demoliri et memoriam eorum tolli. Erat autem locus a deo electus, ubicunque arca federis et tabernaculum erat, ~~vel alij singulari revelatione~~ loquendo de loco generali totius populi. Alioquin specialiter ad diem unum vel horam alium locum eligit, ut patet in Samuele, Elia, Gedeon, Manoha et aliis. Sed nec hec ipsum sine revelatione singulari vel per angelum vel per prophetam.

et specialiter pro sacrificio unius

Hec totum ideo precepit, ne populus in cultu dei feratur proprio affectu quantumvis sancto et bono, sed regatur verbo, quia si sine verbo non vivit homo quo ad ventrem, multo minus vivit in opere dei et spiritu sine verbo. Vult enim deus conscientiam nostram esse certam et securam, se placere deo, quod fieri non potest si suo affectu feratur, sed si verbo dei nitatur. Ideo si in loco a se ipsis electo deum colerent, etiam si sibi in eo placerent, certi tamen non erant se deo placere. Certi autem erant placere, si in loco per verbum dei designato offerrent ~~deo se placere~~.

3

Observantes et difficultas quedam sunt hoc capitulo oritur ex eo, quod toties idem repetit Moses. Deinde

4

Quod sibi ipsi pugnat, quum hic indulget, ut in oppidis
suis sacrificent & comedant carnes, iuxta desiderium
animae suae, simul cum locus domini procul. deinde
ubi locus procul fuerit, & tamen simul prohibet, ne
in loco quovis comedant aut sacrificent, id quod toto
(ut dixi) capitulo urget. Altera difficultas quomo-
do concedit ut de decimis & sacrificiis comedant, quae
tamen ad sacerdotibus & Levitis debebantur. ~~At~~

Ad primum sic dicemus, Mosen hoc capitulo hoc so-
lum urgere, ut nisi in loco a deo electo sacrificent, de-
hinc intendit, & non advertit quod distincte vel de sa-
crificiis vel esis disputet, tantum ut locum unum
constituat. Vult sic dicere, Carnes quidem quas
cunque permitto tibi ~~ut~~ ut sacrifices & comedas domi
& in loco tuo, sive mundus sive inmundus. Verum quod
deo offerre debes vel volueris, ea prorsus nolo ut nisi
in loco dei offeras & comedas. Ita si fuerit is locus
procul, alibi quidem concedo, ut carnes quascunque sa-
crifices, verum quae deo offerre volueris, illuc deferas
vel si deferre non poteris, in argentum commutato &
alia in loco dei emas ut dicit cap. 14. Ut sit
sensus. Carnes quidem quas non offerre oportet
liberas esse ad comedendum // sed sacrificia & ea quae
deo debentur, non posse sacrificari & comedi nisi
in loco dei.

& comedas

// in quovis loco //

Ex quo patet, quod Moses verbum sacrificandi
hic utitur pro mactandi verbo, cum per illud sacrifica-
re nisi ~~quod~~ mactatur. Quemadmodum & Lucas act. 10.
Surge Petre sacrifica & manduca, dicit, occide & co-
mede. Id etiam liquere cogit textus circumstantia, Nam
expressissime statuit, ne sacrificent in loco nisi a deo

christo, & tamen prohibet ceremonias sacrificiorum, & quaevis in quovis loco, ~~sed differentiam facit~~, quod dum id de ceremonijs non ~~differentia~~ dicit, sive prohibet eas vel mandat vel sacrificari dicit, tamen quilibet bene intelligit hic de sacrificio non agi. At si de ceremonijs deo faciendis loqueretur, non sine scandalo eos sacrificantes prohiberet in quovis loco. Simul sub hoc verbo occulte indicat communionem omnium fidelium & spiritualem sacerdotium quo nos iussit omnes nos ipsos sacrificamus Ro 12.

deo

& secundo

Ad secundam difficultatem idem dicimus, quod Moses interdum loco decimandi, de comedendo non distincte loquitur, sed involvit totum populum cum sacerdotibus & Levitis ut sit scriptus. Decimas & sacrificia in loco dei offerebat & comedebat cum gaudio, sed quilibet suam partem, nempe decimas sacerdotes & Levitae, de sacrificijs etiam vulgus. Nam Moses spectat (ut dixi) in totum populum coram deo congregatum, ubi alij decimas, alij sacrificia, alij partes sacrificiorum accipiunt & comedunt & gaudent, omnes in eodem uno loco. Ubi vero segregantur, decimas a vulgo comedi, sed in proposito est, quod eas comedunt soli sacerdotes & Levitae, cum alterum vulgus suas partes de sacrificijs ederet.

Memorabiles sententiae huius capituli sunt istae duae. Non facietis sicut nos hodie hic facimus, singuli quod sibi placet. Et Quod praecipio, hoc serva ut facias. Nec addas, neque quicquam minuas. ~~Quae omnia satis sunt hodie tractata~~ Prior damnat in totum liberum arbitrium, quia coercet nostra studia verbo dei, dum vult generali sententia nihil a nobis eligi aut fieri, sine verbo

dei sensibus & ..., nec locum aliquem eligi. Ex
quo sequitur, meras tenebras & errores esse, quicquid sine
verbo tentamus. Nam si hoc non esset, non opus fuisset
mittere, ne faceremus quod nobis rectum videtur, nec
verbo etiam indigeremus / posterior presumptionem
tollit, ne nulla faciamus, quae deus statuit, simul
& libertatem nos donat, absoluens nos ab omnibus operibus, studiis,
legibus, traditionibus hominum. & soli verbo dei captiuat nostras
conscientias. de quo alias plurima. ~~Nota~~

Nota vero populum hoc loco a Mose describi, insipi-
dum dicit, eos facere, quae sibi, non quae deo recta videntur,
hoc planet illud act. 8 ubi Stephanus ex Amos alle-
gat eos fuisse idolatras. Et paulus act. 15 [illegible]
[illegible] mores eorum. Et ps. 94 Quadraginta an-
nis eos fuisse fastiditos deo. Quomodo ergo constabit
quod Num. 24 [illegible] benedictus vocatur, & a Balaam
tam magnifice laudantur? Sic constabit, quod vero
... synecdochen esse dicitur, quod maior pars impia fu-
erit & minor pars pia. Veruntamen propter verbum dei
quod inter eos in ... fuit, totus populus laudatur.
Sic Ro. 3 Circumcisionem i. totum populum laudat, quod
eloquia dei illis credita sunt, licet multi non crediderint

Allegoria huius loci est ipsa iustitia (iustitie) fidei, in
qua omnes sancti conueniunt & currunt. Hec ergo su-
mo rigore praecipitur ut in unitate fidei maneamus
& non in sectas & opiniones nostras diuidamur, quae
sunt colles, valles i. loci & omnino loca illa, quae no-
bis placent. In quibus quicquid efficimus displicet. At
manentibus in eodem iustitie fidei, nihil nocet, etiam
si peccet aliquis, sed quicquid obtulerint, placet. Verum
tamen carnes quoties licet edere ex locum dei ... Hec

8

differentias

est omnium [externa], quae non sunt fidei, libera sunt, potest eis conscientia uti & non uti, ut sunt ista carnalia vestes, loca, cibi, tempora, personae, gestus. At quae sunt fidei, ut sacrificare corpus nostrum, libera non sunt, sed in fide offerenda sunt. & gaudendum [coram deo] in omnibus bonis acceptis a deo, praesertim in verbo gratiae ~~[illegible]~~

& spiritualiter [illegible]

Sanguis fundendus ad terram sicut aquam & non comedendus cum carne, sive in sacrificiis sive aliis cibis, significat, nihil vorandum neque sequendum, ~~[illegible]~~ tam in rebus fidei, quam libertatis Christianae, quod veterem hominem, carnem & sanguinem non sapit. ~~[illegible]~~ Pariter enim impium est conscientias fideles, captivare carnalibus doctrinis operum, aut operibus velle iustificare, & rursus sic liberas facere, ut prorsus nihil operentur, & libertatem in occasionem dent carnis. Is ergo non comedit sanguinem, sed fundit in terra sicut aquam qui fide iustificatus, opera iustificantia contemnit, & tamen otium & carnis libertatem damnat. Ut cum fecerimus, bene nobis erit, ut hic Moses dicit, & fecerimus quod placet domino. Haec est enim voluntas eius bona, beneplacens atque perfecta Ro. 12

10

Capitulum Tertiumdecimum

Si surrexerit in medio tui propheta & praedixerit signum

Ad confirmationem illius quod in fine praecedentis capituli dixit, Non addas quicquam et hoc totum capitulum ponit Moses, volens verbo dei tantum religionem adhaerere, ut nec personis nec signis mo

nari debeamus. Siui sint docti & sancti, sicut prophetae, siue sint boni & blandi, ut fratres, filii, amici, siue sint magni & multi, ut urbes & potentes, prorsus solo verbo intendimus, & omnia ex oculis & sensibus removenda. Quia amisso verbo, amittitur deus. Melius est autem amittere, amicos, fratres, sanctos, potentes & omnia quam deum. Et

Et hic vides, quamquam mandat, non audiendi doctrinas etiam legitimorum prophetarum, sicut & Christus mandat Matt. 7. Attendite a falsis prophetis. Licet nulli sit permissum, externum non exequendi & occidendi talem prophetam, sed magistratui ut sequenti cap. docebimus. Unicuique enim sua conscientia custodienda est, ideo unicuique facinus est non audiendi [illegible] & prophetias sed nulli non est arripere gladium [illegible], alioquin quid opus esset magistratu publico?

Quaeritur hic, quomodo prohibet credi prophetae facienti vel praedicenti signa, quae veniant, cum tamen cap. 18 dicat, hoc demum verbum est dei, si veniret id quod propheta dixerit? Respondeo hoc .18. capitulum loquitur de verbo dei proferendo quod iam receptum signisque confirmatum est, sicut dicit, Non addas quicquam nec minuas. Et iterum. Mandata dei servate & vocem eius audite. Adversus tale verbum, non sunt admittendi prophetae ulli, etiamsi facerent signa & prodigia: nec angelus quidem de caelo: ut Paulus ad Gal. dicit. Hic autem propheta scribitur daturus signa, ad hoc, ut alios deos introducat, hoc iam est adversus verbum acceptum de uno solo deo colendo, ideo non est audiendus.

12

Capitulum vero 18 loquitur de novo verbo nondum
recepto, nec adversariorum recepto, unde etiam dicit
si locutus fuerit propheta in nomine meo, quod non
mandavi ei, talis propheta non est admittendus, nisi
signa fecerit, sicut Christus Evangelion suum signis
firmavit, cum esset extra Mosen predicandum, deus
enim non revelat aliquod verbum novum, nisi con
firmet ipsum signis.

Sinitur quidem novum verbum doceri, ut tentet
nos, sed fideliter adest, ut signa fiant, aut qui illi pre
dixerint, veniant, ut in Elia cum Baalitis osten
dit. Sicut et Paulus dicit, oportet haereses esse
ut hi qui probati sunt, manifesti fiant. Ita
sinit quoque signa fieri adversus receptum verbum
eternum, ut tentet nos, sicut hic Moses dicit, an di
ligamus eum toto corde. Ita nos hactenus lusit
Satan signis et prodigiis mendacibus ad operationem
erroris ut Paulus predixit, dum peregrinationis
apparitiones spirituum, sanitates aliquas iuxta sepul
chra quedam, adversus receptum Evangelion admi
rati sumus, ita ut sancti quoque hic lapsi sint, ut
Aug. Bernhard. Hieronym. et multi alii, qui ordi
nes et regulas operum instituerunt adversus puri
tatem fidei, plane damnandi (ut Vuycleffus ait)
nisi resipuissent et plenitudine fidei, in errore mag
no servati fuissent.

Deos alienos diximus esse et eternum diximus
non est tantum idolum aliud externum, sed multo ma
gis opinionem seu conscientiam erroneam, de deo vero
factam. Qualis enim est conscientia, talis deus, si
enim credideris deum coli, ~~sacrificiis~~ sacrificiis ipsis

vel aliis, isto vel isto loco, absque sine verbo dei, eum ve-
rum deum amisisti. Et opinio illa sacrificii talis
est deus tuus, quem sub nomine veri dei colis. Si
vides cucullam et rasuram ~~venerans~~, paupertatem, obedien-
tia, ieiunio, cibo, potu, coli deum (cum hic ver-
bum dei non habeas) iam cuculla et rasura deus
tuus est. Sic opinio illa de cuculla et rasura, ido-
lum est opinionem de cuculla vel loco dei habes. Ideo
foras proicito. Et cucullam velut idolum externum
secundum imaginem opinionis interni, colis, [illegible],
honoras, colis et in pretio habes

Ecce hoc est deos alienos facere et fingere. Hoc
est deos colere, quos ignoras, quia non scriptis nec
intelligis in loco veri dei, opinionem et idolum co-
lere. Et nec advertis quod mentitus sis in eo cultu
et quod nihil de vero deo cogitas aut teneas. quia
sine verbo eius de eo cogitas, Ipse autem nisi per
verbum suum, nec teneri nec cogitari potest. Ita
vides quod omnis cultus alienos deos inveniendi
et colendi nulla est alia, nisi opinio illa impassi sine ver-
bo dei, quam eligimus et volumus hoc vel hoc opere,
isto vel isto loco, isto vel isto ritu, ~~velut placere~~ et
deo vero [nos] placere, cum ille talis non sit, et tamen
sub nomine suo, aliud mendaciter in corde fingitur.
Inde foris etiam varia nomina, sicut et idola, sortiuntur.
ut alius Baal, alius Astharoth, alius Dagon. Alius
Moloch, Peor, Camos et sic de aliis, inspicite. Sic
nostri Monachi alius ab altero, alius a nigra veste
et quilibet suo nomine et opere foris ab aliis distincto
nominatur. Omnes hi sunt spiritus quibus somnia
illudunt et decipiunt, fingimus et colimus deos alienos
idest nostros cultus eligimus sine verbo, sub nomine
veri dei

audiri, ubi contra sic operentur ardere charitatem, ut a con-
tribuendo opus esset arcere populum, ut Exod. 36. Sed haec
cum nostris ministris. exemplo Galatarum & aliorum
oculos (si posset fieri) dare debueramus. Unde
& hic Moses, cum de decimis & primogenitis dixisset, addit
ut disceres timere dominum deum tuum omni tempore. Docet,
quod alere ministros verbi, sit primus & summus usus
colendi & timendi dei. Qui enim non alit, quomodo is
curat verbum Dei? Qui vero verbum Dei
non curat, quomodo curat deum?
quomodo timet deum? Igitur negligere & contemnere
verbi ministrum, idem est ac deum & verbum eius con-
temnere. Qui vos audit, me audit. Qui vos sper-
nit, me spernit. Hoc est quod hic & toties alibi Moses
tam diligenter inculcat, ne Levitas derelinquant, qui aliam
hereditatem non habeat

14

Illud quod de longiore via, & longinquo loco
dei de vendendis primogenitis & decimis, aliisque ca-
[illegible] emendis dicit, supra declaratum est cap.
proximo, quod ea mactari & comedi non licuit in
aliis oppidis, quae offerenda fuerunt, aut si comederen-
tur, alia in hoc carnem argento empta
restituere cogeretur

Mysterium primitiarum ex mysterio caesorum pri-
mogenitorum Aegypti intelligere licet. Ea primogenita ar-
bitror significare fructum primum legis, id est vitulatum
operum. Lex enim primo cogit ad opera, & carnali sensu
concepta, parit speciosas hypocrites, qui sibi videntur esse primi
omnium, & quibus omnia debeantur. Hunc vitulum occidit
Christus transitu suo id est morte sua, qua docuit cor[illegible]

deo nullam carnem iustificari ex operibus legis Ro. 3. Primogenita vero Israelis sanctificata domino iustitia fidei est, quae tota debetur ei, qui iustitiam operum damnavit, adeo offerre primogenita & primitias est confiteri acceptam iustitiam fidei ipsius gratia, non paratam nostris viribus. Primus enim fructus Evangelii, fides est in spiritu, quae & facit nos primogenitos, & duplici iure haeredes constituit, & regni & sacerdotii.

// Deinde vero velut posterior fructus, Charitatis & spiritus bona sunt, quae & ipsa ~~[illegible]~~ offerimus, ac reddimus, dum ipsius gratia nobis ea data per fidem non nostris meritis accepta confitemur

Capitulum Quintumdecimum

16 ~~In anno septimo facies remissionem~~ ut ~~Sane~~ repetat cap. praecedenti agere de providendo ~~pauperibus~~ per decimas triennales, [levitis] occasione decimarum ~~[illegible]~~ dilatavit pro cultu dei, ~~porro hoc capitulo totum ab [illegible] & infert & de pauperibus absolvit legem~~. Praestiterat in 10 capite, // plane absolvit eum locum de pauperibus adeo ut & veterem hanc Remissionis legem inserat in hoc tractatu primi praecepti. Summa autem huius capituli, ne committant, ut pauperes sint in terra derelicti, & ~~[illegible]~~ Sunt autem fere pauperes, dicit, ut habeant quibus dent, vel de decimis [triennalibus] ~~[illegible]~~, vel de mutuo vel aliis. De decimis dictum est. Nunc de mutuo dicamus.

Dicit mutuum post septem ~~intra septennium~~ [ante septimum annum], ipso autem septimo anno, quicquid mutuum fuerat mutuatum, velut liberum atque donatum erat fratri, idque divino iure. Hunc autem annum septimum fuisse festum & certo statutum, sicut annus iubilaeus fuit in restituendis & liberandis emptionibus

// digrediens

necesse est, qua non recepit a eo, quo mutuum debetur. Sed erat
generalis totius terrae et populi, quemadmodum fuerunt
festa paschatis et pentecostes et alia, pulcherrima sane et
aequissima lex, quam etiam gentiliter laudare et celebrare
debes, ut omnes tum haberent quaestionum et litigationum libe-
ros, viginti, debita, ferrent, quaelibet septimo anno, sive
is prope vel longe abesset, semel est, cum tollenda et extinguenda
et non in aeternas et infinitas quaestiones prorogandae et
servanda. Simul cautum est egentibus, ut tantum sum-
mam mutuo darent, quam desperarent ante septimum
annum posse reddi. Nec sic laceret prodigos et perditos, ut sic fidere
alienis opibus per debita et parta cumulatis

Sed quid dicis ad Christum, qui Matthei 6 et Luce 6
prohibet mutuum repetere, et praecipit mutuum dari sine
spe recipiendi aequalia. Respondeo: Christus loquitur Christi-
anis, qui supra omnem legem sunt. Moses autem civilem
populum instituit legibus, qui magistratui et gladio subdi-
tus est, ut mali arceantur et publica pax servetur. Haec
ergo lex sic est administranda, ut mutuum reddat, qui
accepit. Licet Christianus, si lex talis ei non succurrerat
ne mutuum redderetur, aequo ferat animo, sicut lex co-
git neminem laedere et vindicat in violentos, tamen Chri-
stianus fert si laeditur, nec vindicat ac nec petit vindictam
lex nec prohibet exigere gladii vindictam, qui sicut gla-
dium est institutum ad vindictam malorum ut Petrus
dicit

Deinde quod hoc est, quod a peregrino repeti mutuum
permittit etiam anno septimo. Hoc est, semper. Sed non a fra-
tre? An non et iustitia et charitas in peregrinos servanda
est? Respondetur: Et hoc est e ratione publicae politiae [illegible]
ut cives aliquo privilegio honorentur prae exteris et

pugnant. ut confusa & equalia sint omnia, sicut dum Ro-
aut Ita — mani aliquibus oppidis ius vel coloniae vel romanae urbis de-
derunt, Nam hos fuimus, quos species magistratus habere
3 — videantur, in politia sunt necessarios habet mundus, qua-
les est. & servorum & ancillarum conditio, item opera-
riorum & laborantium, Neque enim omnes possunt esse equa-
liter reges, principes, senatores, divites, liberi ~~sed Nam~~ cum
varijs & — mundus sine differentibus personis non ~~potest~~ queat consistere,
Qualitate coram deo nulla sit respectus personarum sed
omnes equales, mundo tamen necessarius est respectus per-
sonarum & inequalitas, et hac ipsum ideo, ut mali arce-
antur & pax publica consistat, que sub ~~in~~ equalitate & in-
differentia personarum consistere non potest

Populus tamen Iudaicus amplius & excellentius habuit
negotiis — ius non modo respondendi nuntiis, sed ut hic dicit, & terra-
rum, urbibus & agros capiendi, nempe auctoritate di-
vina. qui hac ipsum statuit & concedit, ipse cum deus
& dominus est omnium, qui non modo praemia & res
sed & regna & imperia, ~~cui~~ aufert ~~& dat~~ cuicumque
vult, quocumque modo vult, & dat cuicumque vult, hi ergo
in vindictam gentium deus [illegible] eos per [illegible]
4 — & ferro punire, & id Iudaeis [illegible], ut facerent. Hic fe-
cerunt Iudaei, quod sunt obedientes, ipsi deo instrumentum
prebent & terram eius, fenore & usura in gentilibus [illegible]
Non aliter quam dum eis precepit. ut qui Amorreos & Cananaeos
expellerent. Sic si maritus deo dignus visus sit, cui aufera-
tur uxor, aut filii, & mihi id mandetur verbo eius. ~~hic~~
non sum adulter nec plagiarius, capiendo uxorem & filios
eius, sed obediens verbo dei super maritum impium

Hinc solutum illa questio, quomodo Iudaeis licuerit
fenerari. Respondetur enim, non eis licuisse neque licere
suo merito aut lege communi, sed per verbum dei sub

gentes, quam per Iudaeos velut per sua organa voluit im-
plere, nec tamen hac ipsa licentia eos uti licuisset, nisi
certo et expresso verbo dei iussi, et per ad organa
talia electi fuissent. Neque enim ipsi meliores erant aliis
gentibus, ut supra dixi, nisi quod deus eos sola
misericordia elegit et assumpsit, ita ut si rem recte
consideres. Non Iudaei ipsi sunt, qui foenerantur, sed
deus est, qui foenore Iudaeorum gentes persequitur. Quod
satis probatum est, dum Iudaeos sibi inobedientes et peccan-
tes rursum tradidit gentibus, non solum foenore gravan-
dos, sed omni contumeliarum genere vexandos, non parum
etiam servos. Quos ipsos gentes multis seculis tradidit, sicut
et in libro cap. 28. praedixit, et hoc capitulo
annectit, fore ut foenerentur gentibus, et si tamen
audierint vocem Domini. Quod si non audierint, non
modo non foenerabunt, sed pares aut inferiores erunt gentibus
quod et contigit

Hodie tamen, cum Iudaei desierint esse populus dei,
lex sublata, et ipsi infideles et blasphemi sua merita
sint irati dei, non est eis permittenda usura, sed cogendi
sunt sub leges gentium, inter quas vivunt. Quamvis si
textum bene inspicias, non praecipit foenerari, nec sunt
verba legis, sed potius verba promissionis, dum dicit: si
audieris vocem Domini, foenerabis gentibus multis. Ver-
ba autem promissionis non est hominis exsolvere, sicut ver-
ba legis, sed solius dei, qui ea promittit, ut sensus esse oportet 6.
talem. Ubi tu audieris vocem domini, fiet ut egentes deo
gentes in eam inopiam redigantur, ut etiam te neque rogi-
tanti nec egerente, [illegible] fames ibi persolvent. Et tibi per
omnia subiicientur, et tu alterum cum omnibus bonis eorum
dominaberis, ut rapias, exigas, foeneres, sicut placuerit. Quo

A B

mirum est, quo genere sic subigeret eos. Et [illegible] in habet!

Pauper non erit inter vos.

Pulcherrima politia, sed nusquam servata. Adeo et haec
Mosi lex, in verbis manet, quae ad totum populum, ubi
in isto populo prohibita est mendicitas, quae nunc inter
Christianos etiam velut sancta legibus instituitur,
paupertas ~~laudatur~~ praedicatur, sed sic ut ei subveniatur, ~~[illegible]~~ [illegible] spi-
ritus spiritus laudatur. Exterior vero mandatur curari
~~non fieri~~ haud aliter atque alia incommoda proximi. Et mirum est,
cur paupertatis illi laudatores, non etiam infirma,
morbos, carceres, nuditates, ~~peregrinationes~~ exilia, esuriem
et sitim et gladios, pericula // ~~alia~~ et omnia alia mala
sectentur et profiteantur, instituto [illegible] novo, // ut alius
ferret morbum, alius carcerem, alius famem, alius peccata, cum iste
egere atque pauperes in proximis // tollit et ~~[illegible]~~ ministrari mandat
Christus. Infirmus fui (inquit) et non visitastis
me, etc.

At nostri laudatores paupertatis, pro morbis et miseris
rebus, delicatam vitam, [illegible] [illegible] premunt // pro
exiliis, domus regum palatiis superiores habent. Pro fame
omnium ~~[illegible]~~ penuria devorant, pro siti plena cellaria habent
pro morte suavissimam et securissimam vitam agunt.
Tum nobis vendunt gloriam paupertatis ferendae, quam
deus praecepit tollendam, ut // sicut in actibus apostolorum Christia-
no populo praebetur exemplum, Nec quisquam egens erat
inter illos. Non ergo paupertas et mendicitas in popu-
lo dei esse debet, sed cura et sollicitudo, ut sit nulla
paupertas et mendicitas. Ut sic mendicantes ordines
et omnes paupertatis exterioris professores et laudatores,
esse Satanae discipulos et ministros, verbo adversus

exterm.

morbos, peccata, diabolum

[illegible] mons et mercatores

dominum & Christum eius ferentes. Sic non debet esse
mendicus, fames, sitis, exilium, mors, peccatum in popu-
lo dei, sed cura & sollicitudo, si quid tale inter eos acci-
derit, ut quam primum tollatur, & curetur, ne sit inter eos.
Non est (inquit) adorandum, eligendum, docendum, paupertas, quae
sola perfectio esse dicitur; ut hic dicit, semper erunt pauperes
inter vos, sed sicut & omnia alia mala, verum id agen-
dum summa cura, ut quae semper accidunt, semper illis
occurratur. Vides ergo, quid sit institutum venerandae
paupertatis, & totum regnum illud papae.

diabolus

Si autem unus de fratribus.

+ Posita lege et mox inventa est & fraus in legem
dei & hic Moses praevenit dolo, qui futurus erat in lege
illa remissionis septimo anno, avaritia & duritia
humana sic cogitante, si forte prope sit annus remissi-
onis, Quid faciam? Mutuum dabo? at post menses ali-
quot, remissionis annus erit, frustra dedero, cum non
sit spes recipiendi, nec ius repetendi. Contra quam hic
Moses miris & ardentis verbis nititur, appellans hoc
durum cor, verbum belial, nequam factum, oculum ne-
quam tandem & peccatum clamans ad deum. Ut videas
& Mosen hic cum Christo consentire in doctrina de mutuo,
ut sub interminatione, tantorum scelerum, praecipiat da-
ri mutuum, etiam si non sit spes recipiendi aut ius repe-
tendi. Ut summa sit huius doctrinae, pauperes esse
iuvandos in charitate, ~~& hoc non minus~~ etc.

Si venditus tibi fuerit frater tuus.

~~Repetit~~ ~~[illegible]~~ Legem ~~[illegible]~~ Exo. 21. in hunc lo-
cum remissionis mutui, quia & ipsa de pauperibus
loquitur, qui paupertate coacti sese vendiderant aut aliud
mutuum acceperant, dum proprio corpore sese debitores

fecerunt. ~~Hoc tamen~~ Addit autem hoc loco, ut [non] vacuum sui dimittat, cum liberum dimiserit. Cuius duas ~~...~~ signat causas, primam ~~ut~~ ut meminerint et ipsi fuisse se servos in Aegypto. Deinde quod dupliciter mercenarius fuerit apud eum. Quod puto ideo dici, quia mendicus alteri duo damna sibi facit, primo quod alteri servit et eius domino suo lucratur, secundo, quod interim sua negligit. Et quae domino suo lucratur, sibi lucrari potuisset. Ideo iniquissimum foret, dimittere eum prorsus vacuum. Ideo dicit non graveris eum dimittere liberum.

10

Addit vero Moses, satis magnificas promissiones, Deum benedixisse, benedicere ac benedicturum esse facientibus hoc, ut non dubitent copiose sibi restitui, siquid vel dederint vel mutuum concesserint. Sicut et Christus dicit Date et dabitur vobis. Huc et illud Salomonis proverbium, foeneratur Domino, qui miseretur pauperis. Et iterum. Honorat dominum, qui miseretur pauperis. Et multa talia, sicut contra multae comminationes contra eos, qui non miserentur, ut est scriptura plena, Verum nihil ad surdam impietatem et incredulitatem, quae Deum putat vel ludere vel mentiri talibus verbis, digna quae et huius et futurae vitae spolietur bonis, sicut Nabal ille stultus in Carmelo David negavit, et mox vita privatus nihil ipsi retinuit

Si dixerit Nolo egredi

Subula perfodi aurem ad postem in ianua domus.. Signum externum fuit, perpetuae servitutis, sicut in rebus humanis signa habere oportet ad personas discernendas. Sic enim Imperator tiara, servi et ... vestitu Scholastici pileo, Virgines coronam, puer bullam, ~~Abs~~ Comoedum ... et ... signum erat aurem perfodi subula

12

subula praeceptum dei, sin significat, auriculam & ferrum,
sic ut penetret & efficax sit verbum dei, apud servum, aures
obedientiam significat, quae praecepto subijcitur, in Ianua
vero hoc fieri, significat, ingrediendi & egrediendi & ex
expediendi ius & usum illi conferri, & quod in familia
domus recipiatur, porro inaures ornamentum sunt libe
rorum, ex auro, argento, gemmis, facta. Servorum vero
ferrea subula est, quod liberorum obedientia sit sponta
nea & liberalis, plane aurea & preciosa, sed servorum
coacta, mercennaria & ferrea ac vilis

v. 12.

De primogenitis quae nascuntur

Respicit ac plane redit ad censum sacerdotum, postquam
expleta est digressio illa de pauperibus curandis, ut addat
quod superius addendum fuit, in quo talia est primo
genita videre, quae deo offerrentur. ut prorsus sint casta
& initio sint, ideo hoc dicit, ut nec arandum sit primoge
nito bovis, nec tondendum primogenitum ovis, ut sit pror
sus intactum, & nullo usui aut fructui deputandum, nisi
quod deo offeratur & comedatur in loco a deo electo. Co
medes (inquit) i. comedendum dabis & inter comedentes con
gregatus eris ut supra dixi. Sed si aliud quispiam vitii ha
buerit, non offeretur, sed domi in oppido quisque suo id
comedat

19. Sine sacris ac deo dicatis abstinendum est.

Allegoria. Annus remissionis debiti est totum tem
pus gratiae, quia nihil est regnum Christi, nisi assidue di
mittere debita et dimittentur. Peregrinus aut non dimitti
significat extra Ecclesiam dei, non est remissionem peccatorum
neque cum sit illis dimitti, qui dimitti sibi nolunt, se iusti
ficant & Ecclesiam contemnunt, ergo ab eis repetendum est
donec reddant, idest, non est eis condonandum. Sed Sancti

15

exigentem: ut alter sustineant & ferant, donec resipiscant, resi
piscenti autem fratri omnia dimittenda. Manente enim fide, nul
la peccata non sunt remissibilia // Manente incredulitate, nulla
peccata non sunt damnabilia & exigenda, Nulli fene
rari & omnibus ei feneraturi est institutum sic vivere, ut nulli debeat
omnes ei debeant, quia nullum ledit, leditur autem ab omnibus
~~[illegible]~~ Quibus non est debere, & si sunt, innumeros est.
est infirmos fide & moribus tolerare, docere & hortari: &
pro eis orare, sive tacite ex ~~animi~~ tota simplicitate cordis.
~~Dimittere servum liberum ex [illegible], est~~
~~Servum dimittere liberum, est veterem hominem~~
Dimittere servum liberum fratrem non sine malo, est non
solum culpam ignoscere, sed & adiecto beneficio charitatis
iuvare ~~ergo~~ hic

Et hic servus propria allegoria sit ~~servus~~ populus legis
~~populi~~ qui durum servitutem serviunt, At manente amore
Evangelii impletionis, non modo dimittitur liber a lege, sed & verbo
Evangelii honoratur, unde venit, quia duplici servitute ser
viunt, quod opera legis facit, & nihil inde liberatus est.
nisi quod dominus eius. Lex, magis urget & quo plus
operamur in lege, hoc magis exigit & potentior fit, &
minus impletur, crescente in miseria odio legis assidue &
tamen interim sua opera negligit, idest concrescentes fiduciam
non assequitur sed amittit, quam extra legem per Evangelium
potest consequi. Quando vero subula aures eius perforantur
& manet servus in aeternum, Hoc est, quod spiritu iam liber,
carnem tamen iam fortius legi subiicit, & ferrea ac
dura lege cogit ad obedientiam ut Paulus ait, castigo
corpus meum, & in servitutem redigo, ut hic simul maneat
servus & liber

Non erat bonus praeceptum, nec condere, enim pr

& dona / da

& semper ta / les erunt / inter nos

14

magistratum, est ~~ex fide~~ ministerium fidei; non pro nostro commodo aut gloria abuti, sed simpliciter deo offerre, ut ipsius sit gloria & honor, non enim nostri opus, aut sub nostra potestate est ut nos dominemur ei, sed solius dei, qui eam creat & dat. Ita Paulus non vult dominari fidei Corinthiorum pertinet ergo ista allegoria maxime ad eos ministros verbi ut populum fidei, non subiiciant suis legibus & opinionibus et statutis, sed offerant subditos soli deo regendos per fidem sicut Paulus gloriatur Ro 15. Se sic sanctificare Evangelium ut oblatio gentium fiat accepta, hoc est, per Evangelium offert gentes deo, ut non sibi Paulo, sed deo subditi sint. Et quid faciunt nostri verbi domini? Si operibus suis nos subiiciunt, nisi quod nos tondent, & commoda sua quaerunt ac gloriam, solent lanam & fructum nostrum?

Nullum vitium in episcopo est deterius, est summum qui debere fide consequentium, ut non simul velit operibus, simul fidei iustificari & deo placere, Ubi hoc vitium & in ~~Galatia~~ gentiles incepit, quia non est varius in fide & doctrina huius lex 2. seminum & irreprehensibile verbum

Capitulum ~~decem~~ Sextum decimum

Observa mensem Abib ut facias Phase.

Descriptis loco & personis, hoc est promissis, ~~quae ad externum cultum pertinent~~, hic de temporibus & festis statuit, praeterea de rebus aliis praecipuis, quae ad populum maxime pertinent, cuius docendi officium hoc libro Moses suscepit Sunt autem tria festa, Phase, Pentecoste & festum tabernaculorum, porro festum tubarum & festum expiationis in eodem septimo mense, quo festum tabernaculorum celebratur Levit 23, mensis festum tubarum die primo

festum expiationis die septimo, verum quodlibet horum duorum uno die absolvebatur, At festum tabernaculorum in medio mense, nempe quinto decimo celebrabatur per septem dies, In quo apparere oportuit omne masculinum coram domino, in loco quem elegerat, ut in festo paschatis & pentecostes, ut hoc capitulo dicit

[illegible] & [illegible] tabernaculorum X. 1.

Facilis est autem textus ipse per se, nisi quod vocabula quaedam sunt discutienda. In mense Abib, quem nos per verat mensem novorum, Abib, novarum frugum forte, quod tunc omnia nova prodeunt, & totus mundus virent. Est autem mensis Aprilis, etiam latinis dictus ab aperiendo, quod tum terra aperiatur & omnia novantur. Quia Ebraei Aprilem non Abib, sed Iiar appellant, Abib autem venit ab Abab, quod virgultum aut tenerum surculum significat, quales sunt, cum arbores crescunt in vere quo initio aestatis propter ipse designat Christus [illegible] eo tempore scilicet egressi sunt Aegyptum, qui ideo & principium anni & primus mensis vocatur Exo 12. Alii vero [illegible] mensem Nisan fecerunt mensem Abib, quos vel sequuntur ipse exitus filiorum Israel ex Aegypto, qui in principio anni in mense Abib fuit, ut hic & Exo 34 dicit

Levit. 2[illegible]

in aprili

2. Panem afflictionis, quoniam in pavore tu [illegible] Panem afflictionis appellat a praeterita afflictione, quam passi sunt eo tempore, quando primum hunc panem comederant, id quod declarat, quod mox addit, quia in pavore existi [illegible] hoc est, cum anxietate & trepidatione, sicut solent, qui in angustia sunt, festinare & angi, ut quam celerrime fugiant. Hoc est enim verbum Hebraicum, quod non significat simpliciter festinare vel pavere, sed ut dixi prae angustia conari fugere, quemadmodum de David dicitur 1 Reg 23 cum a Saul esset in monte circuitus in modum coronae, quod desperans fuerat

festinans

Sed hi tamen quos spiritus sancti verbo et fide confirmat, simpliciter credentes, inflata est omnium vita et aeterno agno, postquam aderit iterum novum resurrectionis Domini

Caput decimum septimum

Iudices et praefectos constitues in omnibus portis tuis

Post declarato primo praecepto, quo [de fide in deum] et interior et exterior cultus dei [instituitur], venit nunc Moses ad alterum praeceptum nempe charitatis, sed hic praemittit tractationem de magistratibus et forma iudicii in causis externis. Et hoc recto et pulchro ordine, Nam (ut et supra diximus) nisi sint administratores et executores legis, qui gladium gerant et exerceant, frustra est omnis legislatio etiam sanctissima, cum gladius sit nervus et efficacia ac ipsa vita legis, quae arceat malos et tueatur bonos. Summarie ergo hic docemur. Ubi lex ponitur, ibi gladium simul institui oportere, ut lex doceat, quae facienda et omittenda sunt, gladius autem id exigat, et puniat factores et omissores eorum quae ad faciendum et omittendum. Nam sine gladio lex inutilis et solum causa multiplicandorum peccatorum est. Rursus gladius sine lege, tyrannis et crudelitas bestialis est. Utrumque autem, scilicet lex et gladius simul iuncti, pulchra et stabilis politia est.

Deinde hoc simul ostendit, publica crimina non esse castiganda per vindictam aut quamlibet privatam, sed publico gladio per magistratum. Nam hic videtur Deus ipse iam pro sua ipsius lege administranda, constituere iudices et praefectos, et addit causas quosdam (ut vocant)

tractatio est

de iure gladii

10

in terminis, quibus praescribit formam iudicii, quae servari debet in castigando facinorosos. Ut ne aliquid fiat in iuria, sed ut causa diligenter examinetur, certo pronuncietur. & testibus convincatur, & sic secundum legem puniatur. Quod duo contra novos istos prophetas [nostros] mire quadrat, qui e coelo nuper lapsi, omnem magistratum contemnunt, & vulgus excitant adversus gladium gerentes divina autoritate, & gladium sibi arripiunt & sine iudicio, sine testibus & forma fori grassantur. Si ~~vero magistratus~~ fuerat nisi

Hoc est, quod hoc cap. causas deferri ad iudices [& testibus probari] praecipit, item, qualis rex esse debeat. Sic & Exo. 22 praecipit ad deos (i. ad iudices) deferri causas. & illic vel arbitrio vel iudicio ~~[illegible]~~ definiri. Quemadmodum sic alibi docet parentes, ut filios rebelles ipsi accusent coram iudicibus & sic lapidentur. Et puella sponsa non inventa virgo, similiter ad iudicium educenda praecipitur. Ut atque videas, autoritate divina gladium & forum publicum constitui pro castigandis criminibus.

·12·

Quibus respondentur illi furiosi prophetae dum urgent hoc verbum dei, quo in secunda persona alloquitur populum, dicens. lapidabis, interficies, feries, tolles malum de medio tui. Nam hoc verba illi volunt utique indifferenter omnibus esse data cum gladii, cum haec loquatur ad populum legitimis magistratibus & sacerdotibus praesidentibus dispositum & ordinatum

Unde & hic non de summis illis magistratibus loquitur, ut sunt principes, sacerdotes & iudices populi, qui iam antea divina autoritate in populo dati erant, ut Moses, et Aaron, Iosua. & duodecim principes & septuaginta seniores, sed de iudicibus & praefectis quos ipsi non ordinant, sed populo eadem [illegible] ordinato

ordinandas curarentur, Nam Iudices propter ad causas fu-
erunt, quibus aperte esset rerum cognitio ad principes & sa-
cerdotes hoc officium videret, ut liber Iudicum & Samue-
lis de Iudicibus docet. Praefecti autem propter sunt
executores iuris & gladij. quales apud nos, lictores
apparitores & speculatores, olim [illegible] & [illegible]
ni vero, ad [illegible] [illegible], nunc ut quoque est [illegible]
[illegible] & [illegible], hoc officio fungerentur. Nam sic [illegible]
[illegible] est Iudicis definire & damnare reum [illegible]
quod [illegible] est. eundem [illegible] [illegible], & iudicis
[illegible] [illegible] [illegible]. Si [illegible] est gladio punire [illegible]
[illegible] [illegible] est [illegible], cum iudicis tales definire &
gladio tradere, non [illegible] non puniret, nisi iudex iu-
beret, legimus enim quod Salomo viro [illegible]
Ionada [illegible] hoc officium [illegible] dum [illegible] & Ab-
[illegible] & Ioab interire occidi, & Saul [illegible] [illegible]
[illegible] sacerdotes occidere, & David [illegible] [illegible], ut occi-
[illegible] [illegible] occiderent. Sic & apud Romanos hoc offi-
cium magnis & honoratis viris mandabatur, non [illegible]
[illegible] [illegible] iudicis officium. Nam hoc duas [illegible]
Iudicum & praefectorum, administratio gladij [illegible] & ne-
cessarius habet. & in [illegible] pulchra allusione similiter
[illegible] & [illegible], [illegible] [illegible] Iudices & praefectos, [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] non haberem, [illegible] [illegible]
praefectos [illegible] plane [illegible] intelligi. qui sunt iudicis
ministri, executores executores & administratores publici,
[illegible] & praecones aliquando [illegible] [illegible]. & Exodi
primo exactores [illegible] [illegible] [illegible], Christus plane
Praecepit autem his Iudicibus & praefectis regulam
ut iuste iudicent, hoc est, secundum legem dei, deinde [illegible]
[illegible] prohibet. ne [illegible] legi, [illegible] & [illegible]

14

Matth. 5. Ne iudex tradat te ministro

personarum & munerum respectus, quae duo solent omnia
iudicia pervertere & declinare. unde & addit hic synonymon
ducens. Munera excaecant oculos sapientum & depra-
vant causas iustorum. Personarum respectus comprehen-
dit in se, & timorem magistratuum, amorem propinquo-
rum, favorem amicorum, contemptum vilium, & mi-
sericordiam calamitosorum, ~~honorem & ignominiam~~ proprium vitae & famae
~~propriam, metum mortis~~, periculum, rerum omnium,
Munera vero complectuntur in se, lucrum, commodum,
& totum illud cohortem insatiabilem & infinitam avaritiae.
unde & Exodi. 18. ~~[illegible]~~ consulit Iethro Mosi, ut
eligat viros, qui sint veritatis, hoc est, veras illas
amant, [illegible] similiter [illegible].

potentum & divitum

Vides ergo, quo animo oportet esse eum, qui iudicii
& gladii officium exercere debet, nempe victore omnium
affectuum, timoris, amoris, favoris, odii, misericordiae,
avaritiae, spei & amatore simplicissimae simplicissime ve-
ritatis & iusti iudicii, quia (inquit) Iosaphat rex Iuda
iudicium Domini est. Necesse est enim iudicem oculari-
ter [illegible], perlustrari odio, & timore, miseri-
cordia & lucro, ubi ius, verum solum spectet, non poterit
hos insultus superare & sustinere. Verum vero solum quo-
modo spectabit, [ius] certe, vel fide, fuerit firmatum. Vide
exempla in Digestis optimi, qui aequitatem, dum vel pub-
lice docent aut scribunt, pulcherrime tradunt. At in
consiliis privatim dandis, plane aliter sentiunt & sibi
dissimiles sunt, sed quod hic personarum respectus, vel miseri-
cordia calamitosis (ut optime interpretemur) eos deflectat
a recto, ut velut mederi & succurrere miseris studeant.
quod tamen non facerent, cum in publicum docerent, & hic
hi affectus non vident, sed ab aequitate in publico docta
deflectere, Tam difficilis, rara & ardua res est. constan-

Sanguinis vitae & mortis

16.

simplex & verbis in dicere.

Idem est cernere in summis Theologis, qualis sunt Aug. Bernardus, & his antiquiores. Cyprianus Tertullianus & similes, qui ubi libere in publico scripturam tractant, candide & pure tractant, sed propositis quaestionibus raro in ea incurrunt, quam alicuius scripture admovent, & causas ac personas videbunt, & verba dei [illegible] torqueant. Vide in hoc eos, qui contra Arrianos, Hierony. contra Iovinianum, August. contra Manichaeos, Bernardum contra lib. arbitrium & videbis eos vera dicere, adeo nullus sanctorum animum cuiusquam exuit aut affectus suos vicerunt ut nihil reliquum sit spiri. Quod ut eam Iudex vel Doctor in timore dei agant, sibi ipsis suspecti, ut in scriptis legem dei & verba eius, non recte tractent. Veritas enim in iudicium non habet, ubi res dei agitur & nimis serva

Non plantabis lucum &c

~~Dicis~~ hoc Quur hoc Moses, de cultu dei externo, intersecat cum iam egit de operibus erga proximum legis? Respondeo. Respexisse modo id facere videtur, cum in hoc legali populo, etiam gladio subijcerat puniendum, ubi quod contra externum cultum dei peccatum fuerit. Id ex eo probatur, quod nihil de fide aut timore, sed de ope illo dicit, quod cernitur statim. Plantatur lucus aut arbor iuxta altare dei, & quod imolatur vitiosa victima. Quibus duobus exemplis iure, omne peccatum externi cultus designat. Deinde & exempla subiungit, ut ~~Videtur~~ vir & mulier lapidetur, qui convicti fuerint de Idolatria, quo exemplo certe, gladium iam instituto applicat peccato in cultum dei externum & adiungit & iudici ac ministro subijcit puniendum. Nam id

quod in corde per infidelitatem peccatur, sibi reservat qui iudicium[?] ut cap. 18 de futuro propheta dicit.

Vide ergo hic forum ~~Dan~~ iudicii civilis institutum, // primum est. Si fuit malum in conspectu domini ~~facere autem~~ malum autem in conspectu domini ipse definit hunc[?] facere, cum fuerit ipse transgressus aliquis pactum dei, eundo et serviendo diis alienis, quae non praecepi. Loquitur enim de ipso peccato externi cultus dei (ut dixi) et exemplo monstrat, quomodo in omnibus criminibus sit gladius gerendus et ius exigi oportet[?]. Dicit autem insigni verbo, malum in conspectu domini, Nam idolatria et impietate hypocrisis et specie pietatis ornata, nihil pulchrius, melius et sanctius est, in conspectu hominum. Verum est malum coram deo opus, quod absque fide et verbo // tractatur. Quamvis appareat bonum et speciosum. Idcirco[?] vult cum dicit, eos transgredi pactum suum. Et facere quae non praecepit, ut certo sciamus facere aliquid in cultu dei, quod ipse non praecepit, est malum coram deo, ut hic clare dicit, Quia necesse est fieri ex fiducia[?]. Si deo faciant aliquid gratum et quo mereantur, quod plane est contra fidem, pactum et verbum eius.

Secundum, non satis est, opus malum esse factum oportet et nunciari et convinci vel relatione notum fieri, ut hic dicit Et id tibi fuerit communicatum. Tertium. Et hoc non satis est, sed inquiri debet diligenter an ita sit, sicut nunciatur, ne temere delatori omnibus credatur. Inquisitio autem illa non potest esse alia quam per testes, qui viderint et fuerint[?], sic ut unus testis non sit satis. Sed in ore duorum aut trium testium (ait) stabit omne verbum. Et addit, Nemo moriatur, uno dicente contra eum testimonium

Lex [illegible]
tum eius
fieri //

ex inspec[?]
studiis[?]

aliquis[?]
[illegible] facere[?]
[illegible]

4\. Quarto tandem crimina educuntur & lapidantur. Ut ni-
dicam in publico iudicio, & publica poena inferenda, debere
esse crimina tam publica, quod ipsa poena est ~~[illegible]~~ isto ~~[illegible]~~
exemplo deterret. Quod multa sunt crimina toleranda &
dissimulanda, quae vel in solis vel aliis [illegible] nomi-
rant, vel quae vagus rumor spargit. Simul videt
quod diligenter ea obstruxerit Deus delatoribus ~~[illegible]~~ &
detractoribus, aures quoque accusatoribus auditoribus, ut etiam
rigor legis divinae hic patrocinatur non solum vere
innocentibus, sed & nocentibus, modo occulti sunt.
Occultos autem dico, qui magistratui & iudici dela-
ti non fuerint legitimis testibus convincendi. Et
hic patet, quod Satanicus totus sit mundus, ubi proximi
fama tam facile laeditur, & crimina vel falsa vel
solo rumore & suspicione collecta traducuntur palam.
Ut lex dei rursum praecipit alio loco, non minus severe
esse puniendos, qui aliena crimina deferunt, quae pro-
bare non ~~possent~~ ~~potest~~ possunt, Igitur, si vides peccan-
tem solus ~~vel vel~~ tace, si audieris, compesce, donec
testibus certis res iudici potest probari

II

Posuit autem exemplum iudicii Moses in crimi-
ne cultus dei potius quam in homicidio aut adulterio vel alio
crimine, Et quod hoc exemplum certum & fidele sit,
& nulla misericordia ignoscit. Nam peccare in cultum
dei, est in fidem & verbum peccare, hic nulla est ha-
benda ratio charitatis aut misericordiae, quae per legem
ostenditur & mittitur, Deus cum verbo, quod totius vitae
& omnium operum dux, lux, doctrina & regula est, qua
amissa nullum opus dirigi, nulla vita instrui potest.
At peccare in charitatem, manente salvo verbo &
doctrina, tantum opus iniustum est, quod potest ad

[illegible] diss. [illegible]ilar. [illegible]

regulam verbi rectam & regeri. Adeo infinita est distantia
peccati in fidem & peccati in charitatem & opus. Charitas om-
nia suffert, omnia tolerat, fides nihil suffert & verbum
nihil tolerat, sed purum esse debet verbum, sana per-
totum doctrina semper, ut sanctus sit vitae & operi-
degenerandorum. Charitas autem ~~bona~~ infirma & imperfecta
esse potest, quandoque ignoscenda & ferenda. Hinc Moses
mitissimus omnium in terra, occidit tamen tria millia vi-
rorum, qui vitulum adoraverant Exo 32. quia
in verbum vitae laeserant & durum firmaverant

Si difficile fuerit

Et hunc textum miro conatu papistae ad suum dolum
traxerunt ut papatum statuerent, proinde opus est, ut
diligentius eum consideremus. Primo Moses hic agit
non de verbo aut doctrina sive ut illi dicunt, de quaestio-
nibus fidei, quas ad papam referri volunt, sed de sen-
tentia publicorum & prophanorum criminum, quae verba clare dicunt
de causa ambigua, inter sanguinem & sanguinem (hoc
est de homicidio) inter causam & causam (i. de furto
rapina, neque opprobrio) inter plagam & plagam (i. de
violentia, pressura, vulnere aut alia violenta laesione
corporis) ubi Hieronymus, sua somnia somnians, inter lepram
& lepram transtulit, quo dedit ansam nostris papistis
ut de sacris fidei mysteriis etiam non tantum de [illegible]
causis Mosis intellexisse legem. Nunc non papa debet
esse minister spiritus non literae, & causas istas prophanas
relinquere, nihil ad eum ista lex pertinet, praesertim
si ad aliquem pertineret, potius ad caesarem vel ad regem vel
principem pertineret, ut hoc legis exemplo, inferiores ex
aula supremi domini sententiam in ambiguis causis
acciperent

Deinde lex ista loquitur de loco a deo electo, sc. ubi erat tabernaculum, externum signum praesentiae dei. At in novo testamento, nullus talis locus est, Neque enim in monte hoc aut in Ierusalem, sed in spiritu & veritate adoratur deus, Nec dicent: Ecce hic, Ecce ibi Christus. Hoc enim erat veteris & legalis populi proprium. Ubi papistae debuerant primo probare, Romanum esse locum a deo electum. Quod quando facient? Ubi est verbum? ubi signum? Unus locus est omnium Christianorum communis, is est spiritus & veritas, sic definit ipse Christus. In spiritu & veritate (ait) adoratur & colitur deus. Et in eo ipso loco, discuti debent quaestiones fidei. In eo loco non plus est papa, quam ancilla molendini, Nec plus in eo loco, sua definitio valet, quam rustici, qui est in agro. Omnium enim est fides, & spiritualis omnia iudicat. Quod si sunt aliqui, aliquo loco, perfectiores Christiani, illos sane videtur inspiciendi, non propter locum, sed propter perfectiorem spiritum, sicut in actis ~~Apostolorum~~. Antiocheni quaerebant Apostolorum & seniorum sententiam, non propter locum, qui a deo electus, cum & multi sunt moti ibi male sentirent act. 15 & Apostoli non ibi manebant ~~ex~~ propter locum, sed propter perfectiorem spiritum Apostolicum.

Et ut omnia ista nihil facerent, Ubi tamen haec lex Mosi de fidei quaestionibus & de scriptura intelligenda (quod est impossibile) tamen uno verbo totum eorum conatum dispergit id quod dicit hic: Et docuerint te iuxta legem eius. sc. quod non de spiritu suo proprio illos praesumere & divinare ~~praesumant~~ etiam istos sacerdotes oportere & leges voluerit; sed ad scripturam ac se legem conformare. Quanto magis sacerdotes fidei & Euangelii, non propria spiritu

sed certo verbo dei, debent omnia diffinire & docere. At
hoc neque papa neque Concilia unquam fecerunt nec faciunt
sed de spiritus praesumpti plenitudine omnia decreverunt,
decreverunt autem plerumque ut plurimum, non nisi stolidissima
ut de ceremoniis, praebendis, dignitatibus & similibus
nugis.

Statuit ergo Mose hanc legem pro iudicibus &
ministris, de quibus hoc capite agit, ut plurales verbo
ad suum locum, & reducat ad pheditores in causis
ambiguis veniat, cum certum esset ubi & deum prae-
sidere, & sacerdotes tunc tales ibi esse, qui legem dei
nossent, id quod nullo alio loco praestaret deus, &
nullus erat populus, cuiusque cum loco certum promiserit, & cer-
te ipsi sacerdotes & in quo spiritus certo maneret, sic
nobis Christum in fide certius sed certo promisit ad
dextram suam assistere prophetam & ministerium eius.

-10-

Hinc illud est. Quod dominus de prophetatoria re-
spondit per Urim, hoc est, per rationale sive vestem sa-
cerdotis, ut Saul 1 Reg conquestus queritur, sibi non esse
responsum a deo, neque per prophetas, neque per Urim

Constitues super te regem

Quia caput de Magistratibus absolvit cum tractatione
etiam de regibus & regno docens, Nam fore, ut regem ha-
berent filii Israel, olim Abrahae & Isaac promissum
~~est~~ dicente Domino Gen 17. Reges ex te erunt. Si
praeviderat ergo & hic Mose, ut suo tempore & suis verbis
dei regem eligant aut constituant, sed quo certi sint
deo favente & volente se [illegible] regem habere, vult ut
divina autoritate & verbo eius agantur, Quod etiam
est insigne prae omnibus nationibus terrarum. Quia

cum omnia regna solus & transferat & constituat, deus
suum voluerat, tamen huic populo peculiariter addit verbum
timoris, ut regnum dei sese habere sciant. Ideo
in libro Samuelis graviter peccasse arguuntur. Quod sibi
regem petierunt, ut alie habent gentes, & humanum reg-
num quaererent, & non regem in deo & verbo eius possidere
vellent. ut deus dixit, proiecerunt me, ne regnem super eos.

Deinde ut Rex ipse qui futurus esset divinus
instituit cum Moses, ut soli deo fisus regeret, sciret se
eius verbo instituendum & servandum, Ideo praecipit sa-
pere ut non multiplicet equos (hoc est) ne fidat viri-
bus, ut non reducat populum in Aegyptum (hoc est) ne
fidat sapientiae & brachio humano, Ne multiplicet aurum
& argentum (hoc est) ne fidat opibus, Ne multiplicet
uxores, (hoc est,) ne fides eius suffocetur spinis. ut Christus
voluptates & curas vitae appellat Luce .8. Neque enim
hoc vult, ne equis & uxoribus polleat, cum David &
Salomo contrarium fecisse legantur, sed ne foedera & amici-
tia hominum prohibet, cum Salomo regem Tyri & Aegypti
David Moabitarum & Ammonitarum & regem Tob
socios habuerat, sic & auri & argenti vim tantam ha-
buisse Salomo tum ex David relictum, tum a se congre-
gatum. Quam nullus alius regum scribitur. Sic & uxo-
res plurimas habuerunt multi reges

Sed in hoc est solum vis praecepti, ut (sedeat in
solio) cor eius recedat, hoc est, ut sibi congreget & illa
omnia paret pro fiducia, vult enim regem fidelem
esse & populum soli deo fidere in verbo eius, ideo tollit
omnia, quibus fidunt homines, vide quod sic eis non fecit
vixi, sed tantum [illegible] si fuerint in fide dei, solo verbo

& doctissimus & potentissimus [illegible]

eius contenta, ut ille gloriatur regum opulentissimus. Non enim in arcu meo sperabo, nec gladius meus salvabit me. Et iterum: In deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilum deducet hostes nostros. Et iterum: Quis deducet me in civitatem munitam? Da nobis auxilium, nam salus hominis vana. & similia multa. Non negat sibi esse arma & gladium & currus, sed non illis fidere se se dicit.

Ideo mandat hic Moses, ut Deuteronomium rex assidue legat, ut discat timere Deum omni tempore, seu verbum fidei commendat ei, quod hic libro ut in manus expressissime tradit, ut nec elevetur cor eius, rebus affluentibus, super fratres suos, & sive verbis aut operibus premunt, ~~vincat nec dejiciatur~~ sed timeat Dominum quem non in libris viri nec in fortitudine equi voluntatem habet, nec rursus dejiciatur, rebus desperatis & hostibus prevalentibus. Hoc est, ut hic dicit, nec ad sinistram nec ad dextram declinet, sed rectus & stabilis incedat inter prospera & adversa, inter vires & infirmitatem, inter gloriam & ignominiam, soli verbo Dei fideliter & fortiter inhaerens.

Allegoria iudicis & ministri est, quod ministerium legis, quod sententia sua damnat impios, mors ministerium legis accedit, ut Paulus dicit. Virtus peccati lex. Similiter autem mortis peccatum est, Iudex integer est & inflexibilis esse debet. ~~Nam~~ quia lex sancta, non datum hominum iustum, sanctum & tamen est ministerium mortis, ad occidendum posita, ut iram operetur. Nam lex iusto non ponitur, sicut gladius iudicis non est timor, ~~malis~~ bonis operibus sed malis Ro 13. [illegible] corporis & pectoris regni, est legis ministerio addita ad iustitiae opus, ~~nec~~ & gloriam iramque revelandam. Non ad cognitionem peccati. Nam ea iustitia opus [illegible]

·14·

sapientes & evertit ex [illegible] ut fallat sperantes & salutem suam
ut hoc proverbio docemur. Q[uam] stulta sit lex ~~[illegible]~~ nisi docta
fuerit ad opera facienda.

Hoc est, quod mox post iudices prohibet lucum & arbores & statuas fieri iuxta altare Domini, idest non miscere iustitiam & gloriam operum, quas odit Deus. Nec immolare vitiosum, idest ~~ipsum opere velle deum colere~~ per legem eius non debere operibus impleri, hoc est enim mutare legem & intentionem eius, opus est, ut res ipsa agat ~~[illegible]~~ timentes & ipsum angustiare faciat Ro. 7. Nam vi gladijs occidendi sunt, qui deos alienos adorarent, idest vera intelligentia & notitia ~~[illegible]~~ legis, damnandus ~~[illegible]~~ est cultus & studium operum, quo Deus coli putatur, non verus, idolum cordis nostri, falsa de deo opinio colatur, qui, docente lege, sola fide cordis colitur. Per testes [illegible] duos, est testimonium scripturae eos superare ut Paulus ad Titum dicit, Episcopum esse debere potentem in sana doctrina ad contradicentes convincendum. Tum & qui iudicio sacerdotum in spiritu per legem dei iudicantium stare noluerit ~~occidi~~ sic ut hic dicit, occidi & tolli de medio debet, hoc est, hereticus homo debet vitari & excommunicari & haberi sicut ethnicus.

Constitutio regis proprie Christum significat, qui post legem venit, [illegible] non alienigenis nobis, sed deo constituente rex factus est in populo suo, Nec est de aliena gente assumptus, quia non apprehendit angelos, sed semen Abrahae, in similitudinem nostri caro ~~factus~~ & frater noster unus ex nobis factus. Et ipse non erubescit hos suos fratres suos. Quum enim esset in forma dei, exinanivit semetipsum, formam servi accepta. Ideo etc.

multitudinem & magnitudinem operum, & opum & copia sp-
lex est, cum plenitudine doctrinarum & verum spiritualium
abundet gratiis, in quo sunt omnes thesauri sapientiae
& scientiae ~~absconditi~~, tum auro & argento, sapientia & elo-
quentia, tum exercitus multis i. diversis bellicis
[illegible] gloriosus, ~~tam~~ & gloriosus, tamen his non fidit.
Ipse non gloriatur sed in deo suo, Unum ipsi est domina-
tor legis [illegible] in timore dei. Ut David in verbis suis
novissimis dicit. Ipse deuteronomium hoc, non solum
litera sed & spiritu versat assidue & regnum habet
in timore dei, quod nihil & lex mortis obstare non
potuerunt

prospicit
rerum
viventes

Capitulum XVIII

Non habebunt sacerdotes Levitici
Et hoc capitulum pertinet ad praecedentia ~~[illegible]~~
Atque velut Epilogum sunt de providendis ministris ver-
bi, de quibus cap. 16 dixerat, ut absolvat totum hoc, quod
de magistratu utroque proposuerat, tum de sacro
~~[illegible]~~ tum civilis gladii, adeo ut in fine hic capitulo ~~totum~~
omnia concludat in futuro propheta, substituendo, qui
substitutus sit novum regnum, novum ministerium &
abrogaturus omnia, quae hactenus dixit. Nam in hunc
spectat totus Moses, ad hunc dirigit ministerium suum
qui est finis omnium, Igitur additiones aliquot sunt
in fine hoc capitulo earum quae supra dixit, sicut mos
est Mosi repetere ut addat. Hoc totum ~~[illegible]~~ pertinet

Z. 1

Primum est sacerdotes non habere portionem terrae
cum tribubus Israel, sed sacrificiis domini alendi sunt.
Quae autem de sacrificiis ad ipsos pertineant, 17 sunt. scilicet
armum ~~[illegible]~~ de qualibet ove & bove mactata, item
ambas maxillas & ventriculum

primitias frumenti, vini, olei, lanarum, Iste nō sa-
menta de decimis a Levitis accipiendis, nec de primoge-
nitis, quia satis de his dixit, & hic repetit solum, ut
addat, quod de sacrificiis habere debeant, de armo & pe-
ctusculo lege in Levitico per totum primum cap. & Exo.
29. Ventriculum hic vocat vel stomachum [illegible]
abdomen, infima scz partem ventris, Nec mihi satis
constat, an de omni sacrificio, sive sit pro peccato, sive
holocaustum, sive pacificorum, has portiones sumerent sacer-
dotes, Ego libens assererem de omni sacrificio, nisi quod
holocausti sacrificium, ubi totum incenderetur [illegible]
[q] nec hoc non satis permovet, sed relinquo hoc
eruditioribus.

Secundum quod addit, de Levita peregrino, suscipien-
do in ordinem ministerii in loco tabernaculi, spectat
ad providendos Levitas, de quibus aliquoties supra dixit. &
hic tamen addendi gratia in fine repetit more suo, ut
dixi, sed id praecepti durius fuisse videndum est iis,
qui in tabernaculo ministraverunt, ut suas portiones
cogerentur in tot minuere & distribuere, praesertim
si avari & infideles fuerunt, Verum Deus hic ad exer-
citium fidei & charitatis praecepit, ut dederent libenter
ministerii sua, certa fide persuasi, quod alerentur a Deo,
sed nec dubium est, hanc legem sic fuisse servatam, sed
pro temeritate hominum, vix pauci vel nulli Levitae
tentaverunt sese dedere ad locum tabernaculi, tamen
siqui vellent, studio verbi & discendae legis, hic habe-
rent provisionem suam

Tertium & ipsum est similis additamentum eius
quae supra dicta sunt, de externo cultu Dei. Nempe

ut caveant abominationes gentium, quas hic per ordinem
digerit et novem enumerat, quae omnes pugnant cum
et puro cultu Dei per verbum eius instituto. Has nos,
et si Ebraica vocabula [omnia] non praestemus, tamen fideli
bus vocabulis utcunque hoc modo describemus. Primum
quod Mose Kosamim vocat, Vates vaticinantes divi
nos, neque raro in bonam partem accipitur, quemadmo
dum et nomen prophetae, aliquando in malam, Vates
ergo sunt, qui futura praedicunt, aut praeterita et ver
ba dei interpretantur sed suo sensu. Secundi Meo
nenim, [quos] ~~auch ac~~ observatores dierum esse, etiam nobis
et omnes fere consentiunt. Tertii Menahesthim: cu
piunt divinos ~~ab omnium qui signis ab avium~~
qui signis ab avibus observatis sic dicuntur, tamen sig
nificat et Num. 24. et alias quam observantias, ut non est
augurium in Iacob etc. et Gen. 30. 44. in quo augura
ri solet dominus meus.

Quarti Mechasschephim [~~quos~~ hos] propter magos maleficos
et veneficos esse putamus. Exo. 22. Maleficam non vivere

4 ~~Habrem~~ Chaberim, Hebraeum, incantatores esse psalmus ille
testatur, qui dicit, Qui non audit vocem incantantis
sapienter. Sexti Oboth: Python est. Spiritus
ille de quo in actis, ut qui furta et occulta revelat
quos apud nos [illegible] vernacule dicimus. Septimi
Iideoni. hi sunt sortilegi, si quorum inter pre
tes, seu coniectores. Octavi, qui quaerunt a
mortuis, hi sunt, qui spiritus nocturnos et obambu
lantes consulunt, quos putant aliquorum animas esse de
functorum. Noni quod Mose primo loco ponit
qui filios aut filias lustrant per ignem: hoc est, qui de
dicant suos deo Moloch ut alibi dicit

viros et feminas

Itaque omnia quae sunt mirabiliora humanis sine verbo Dei, damnata esse debent in populo dei, cum vita et opera debent certo verbo Dei gubernari.

Prophetam de gente tua et de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies.

Hic est praecipuus locus totius huius libri, et plane expressa prophetia de Christo novo doctore, Unde et Apostoli eum locum fortiter allegant, Et aptissime posuit hic Moses eundem in fine. Ubi de sacerdotio, de regno, de magistratibus et omni cultu dei sermonem finierat, ut ostenderet aliud fore in posterum, sacerdotium, aliud regnum, alium cultum dei, aliud verbum quo abrogaretur totus Moses. Et hic plane Moses finem suum describit et cedit magisterium suum futuro prophetae. Videamus ergo diligenter verba eius.

Primum necesse est, hunc prophetam afferre novum verbum, quod Moses non docuerit, quia promittit hic Deus, se positurum verba in ore illius. Si autem hic non esset aliud verbum, non debuisset promitti per illum prophetam afferendum. Nec sufficeret dicere, Ipse erit os suum, sicut de Aaron Exo. 3. dicitur, quod is interpretaretur prophetam illum doctorum verba Mosi et legem eius. Prophetam similem mei dicit, Audietis ipsum quem suscitabit, ~~Sicut ego suscitatus sum inter vos~~ plane aliud verbum suum et aliud verbum esse prophetae esse [illegible], et hoc confirmat, quod ait. Populum in Horeb Sinai postulasse talem prophetam, ut loqueretur eis, cum non audissent totam legem per Mosen

Sed aliud verbum ultra verbum Mosi esse non potest
nisi Euangelion, Cum omnia quae ad legem docendam
pertinent, sint per Mosen perfectissime et copiosissime tradita
ut nihil possit addi praeterea, Quid enim potest addi
Decalogo (ut reliqua taceam)? Quid potest sublimius
doceri, quam credere, fidere, diligere illum toto corde: non
concupiscere alienum? Et denique quid iustius et sanctius tradi
quam quae Moses de externo dei cultu, de magistratu, de
charitate proximi sancit? Non igitur habent hoc Judaei
dei, quod garriunt, prophetam hunc fore, qui expli-
caret Mosen, Moses ipse sese in hoc libro sic declarat
ut alio non sit opus, nec aliud possit unquam iota aut
apicem addere, quo vel clarior vel perfectior fieret.
Cum ergo aliud verbum ultra legis perfectam doctrinam
esse non possit, nisi verbum gratiae, sequitur hunc pro-
phetam fore, non doctorem legis, sed ministrum gra-
tiae. ~~Hic~~ Sic plane hic textus cogit Iudaeos aliud quaerere
ab isto propheta expectare, quam habeant in Mosi.

Secundo Nisi aliud verbum afferret propheta ille nunquam
non dubitasset Moses sibi comparare dum dicit: Susci-
tabit eum Dominus, sicut me &c. Nam omnes prophetae
reliqui, qui Mosen docuerunt, et non aliud verbum
susceperunt, non erant sicut Mosi vel similes Mosi
sed inferiores Mosi, ut pote, ministri verbi Mosaici
ea docentes, quae Moses praescripserat, ut in his omnibus
non aliquid quicquam hoc ipsorum, sed ipsum ~~audit~~
Mosen et verba eius audiunt, Moses enim in illis
loquitur et verba sua ponit in ore ipsorum, et ipsi
sunt os eius ad populum. Hunc vero prophetam
non audet sibi subiicere ~~ut Mosi~~ et verba in ore
sua

timere

eius ponere, sed dicunt .Dominum .ipsum esse positurum
esse in ore illius verba sua, & dirigere eum similem
sui fore: in ministerio & audientia, quae exigeret illum 8.
ab obedientia sua & praefert omnibus prophetis Mo-
sen docentibus. Eximere autem ipsum ab obedientia Mo-
si & praeferre omnibus prophetis Mosen docentibus,
est profecto ostendere, legis ministerium finiendum
& novum erigendum esse, cum a legis ministerio nullus
homo liber sit, sed omnes subiecti sint legi. Quare necesse
est hunc prophetam similem Mosi h. quo ad auto-
ritatem docendi & instruendi (hoc sic vult cum dicit
sicut me) superiorem esse Mose, & maiora docturum.
Nam nisi Maior esset, Moses non cederet ei, obedientiam
& autoritatem. Nisi autem maiora doceret, maior non
esset. Nam hic non loquitur de similitudine dignitatis
personalis, inter Mosen & prophetam illum, sed de simili-
tudine autoritatis vel officii. Non enim de vita Mosi (moribus vel operibus)
aut prophetae istius hic agit, sed de doctrina, ut satis
innuit textus, cum prophetam a docendo & propter do-
ctrinam vocat. & huic audientia ergo eius praecipitur

Si ergo de doctrina utriusque agitur, facile patebit
ex collatione utriusque doctrinae, quod necesse sit illum
praedicere. Moses enim est minister legis, peccati, mortis
quia docet & exigit facere, & per radios legis omnes
facit reos mortis obnoxios peccato. Exigit, sed non
dat, ~~ostendit~~ quod exigit. Cum ergo autem hic prophe-
ta Mose quidem legem invenietur docere, & ipse dicitur eius
doctor instituitur, oportet, ut verbum suum aliud
doceat. Aliud autem docere quam peccatum, iram, mortem
non potest, nisi iustitiam, gratiam & vitam doceat.
Quare necesse est eum esse doctorem vitae, gratiae & iustitiae

sicut Moses est doctor peccati, irae & mortis, Utrumque
vero exequitur efficaciter, sicut a Deo susceptum, cum
Religionem oportet omnes humiliare, & per Euangelium om
nes exaltare, pares sunt autoritate divina, sed fructu
ministerii, impares ac plane contrarii, dum ut peccatum
& iram, quam Moses suo ministerio excitat, ille per
iustitiam & gratiam suo ministerio emanat. Nihil
ergo exigit hic propheta. Sed donat id quod Moses exigit

10. Habemus itaque ex hoc loco duo illa verbi mini-
steria ad salutem generis humani necessaria, ministerium
legis & ministerium Euangelii, alterum ad mortem, al-
terum ad vitam. & quomodo paria quidem sint, si
autoritatem spectes, sed dissimillima, si fructum consi-
deres. Nam Mosi ministerium temporale est, tandem fi-
niendum, adveniente ministerio Christi, ut hic dicit, Ip-
sum audietis. At ministerium Christi nullo altero fi-
nitur, ut quod adducat iustitiam sempiternam & abo-
leat peccatum //, Quare aeternum sacerdotium hic prae-
sens sumitur & tollitur, quod ad Mosen docendum erat
institutum, Quod si sacerdotium finitur, finitur & lex
ut ille ait, Translato sacerdotio, necesse est, ut & legis
translatio fiat. Iste hic propheta alius esse non potest
nisi ipse Christus.

[margin: ut Dani- / lis 9. dicit]

~~Quam si homo hunc diligentius excutias, innumeris~~
Ex his omnibus sequitur, quod sint prorsus alieni
imo pestilentes illi magistri in novo testamento, qui
legibus & operibus conscientias regunt, cum ad ministerium
prorsus evacuat & tollat, hic propheta de Christo, pro-
ut multo pestilentiores, qui suis traditionibus & hu-
manis legis orbem fatigant, Si enim hic propheta non
ministerium legis Mosi, quae divina est, modo patitur,
quomodo patietur leges humanas, in suo regno? Ut

videat hec omnia [illegible] textu funditus subverti, totum illud
[illegible] [illegible] [illegible] tyrannidis et [illegible] suis [illegible]
[illegible]

Sed dices hic, At multa reperies passim in
Evangelio et epistolis Apostolorum precepta, ergo vel non
erit iste propheta Christus noster, vel nihil a legi
Mosi differet sua doctrina. Breviter respondemus.
precepta novi testamenti ferri super iustificatos et novos
homines in spiritu. Nihil enim illis docetur aut mandatur,
quod non pertineat ad fideles tantum, qui omnia faciunt ex
sponte, non necessitate aut invita voluntate. Lex
autem fertur super veterem hominem in peccato mortuum
ut urgeat et ostendat ei suum peccatum. Hoc
enim est vere et proprie legem docere, ideo invenit
hominem non solum iniustum sed etiam impotentem ad
faciendum ea que legis sunt, ut hic in textu dicit quod
populus in die congregationis recusarit et non
potuerit audire vocem legis, ideo postulaverunt alium me-
diatorem, qui loqueretur verbum ad eos, quod ferre pos-
sent.

12

Intelligentia itaque rei huius sita est in cognitione
vera et discrimine vero legis et Evangelii. Ut
scias legis doctrinam tantum eam esse, que praescribit
quid faciendum sit, impiis et peccatoribus, ut 1 Timot. 1
dicit, Lex iusto non est posita sed impiis etc. Ubi vero
pii sunt, iam lex abolita est, que tantum hoc egit, ut
impios humiliaret agnitione peccati et impotentie sue.
Doctrina autem Evangelii ea est, que docet, unde accipias
quo legem impleas, et in hac parte nihil precipit, nec ur-
get spiritum qui per se ultroneus fertur per fidem. Adiicit vero quedam precepta, sed hec propter reliquias in

|| quae nondum est instituta

tres homines in carne, ut mortificentur||, quibus tamen spiritus liber est pro sua parte, qui sola fide contentus est de qua re alias abunde diximus

Nunc verba videamus. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me, suscitabit tibi Dominus, ipsum audies. Christum hic futurum & verum hominem & de sanguine Iudaeorum prophetat. Quia salus ex Iudaeis est. Ioh. 4. Nullus autem hactenus de isto populo surrexit, qui aliud verbum a Mose doceret, & novum ministerium institueret, nisi unus iste Christus noster. Quotquot autem cum prophetae fuerunt Mosen servaverunt & docuerunt, hic non Iudaeos modo, sed omnes gentes per mundum a Mose liberavit, & novum verbum Evangelii dedit. Qui cum ex Iudaeis fuerit, scilicet tum gentibus quam Iudaeis, ipso facto communiter est is, de quo hic Moses loquitur. & [struck] prophetam hunc est in ipso impletum

Ut petisti a Domino Deo tuo in Horeb.

Videlicet legitur de hac petitione Exo. 20. Cur ergo hic Moses loquitur? Respondetur: Moses ex ipsis verbis [struck] populi colligit, hanc petitionem fuisse in eis, dum dicunt: Non audiam ultra vocem domini dei mei, & ignem hunc magnum non amplius videbo, ne moriar. Ex his enim verbis, non quid sonent, sed quid velint, concipit, spectat enim intimum affectum & ardentem desiderium eorum. Nam sic erant afflicti ex terrore legis, ut summo cordis studio optarent mitius & blandius verbum. Ipsa enim mors intentata per vocem legis, cogit eos [struck] suspirare ad vitam & ad verbum salutis, & licet non ingenua magis optant quam audeant petere aliud verbum. Deus autem qui scrutatur profunda cordis, audit & respondet non secundum verba & externos sonitus. Sed

14

gemitum [ardentem] affectum internum, sicut in Evangelio Christus
Zachaeum suspexit, non gemitum quod foris loquebatur,
sed gemitum affectum cordis. Neq. enim ausus fuisset Za
chaeus petere, ut domum eius Christus intraret, & tamen
nihil nihil magis optabat, unde & eum gaudio eum suscepit,
impleto desiderio suo, quod ipse vix sperabat ante

Ostendit igitur hic locus Mosis, quo ardere & estu
cordis oporteat verbum gratie desiderari, Siquidem ipsum
est donum illud Dei ~~[illegible]~~ de quo inprimis illud Pauli
intelligitur, ubi ad Ephesios dicit. Deum dare nobis &
facere supra quam petimus aut intelligimus. Odit enim
segnes & frigidos petitores, qui nullo gemitu sese sperant
impetrare, sed requirit gemitus inenarrabiles. Quos nec
et habere non possunt, qui durant in bonis dies suos
& habitant in terra securiter viventium, sed qui sensu
mortis & miseri peccati urgentur ad desperationem, ut
& ipsi cum populo Israel dicerent ultra audire vocem
dei, & videre ignem maximum, hoc est. vim legis &
stimulum peccati, ~~[illegible]~~ eos cogit ignis iam iam consu
mit, ut ~~[illegible]~~ verbum vite audire cupiant

Et ~~[illegible]~~ obiter, quam Mosis pulchre ~~[illegible]~~ redit sermo
ad misterium futuro prophete. Dicit enim populum petiisse
prophetam alium suscitandum, Cum tamen Exo 20 pe
terent, ut ipse Moses loqueretur, nihil de alio preter Mo
sen suscitando dicentes, Quo sermone, significat Moses po 16
pulum pre angustia nescisse quid peterent, aut quomodo
peterent. Stultum erat enim petere ut Mosen audirent, cum
Moses aliud docere & sonare non deberet quam quod ipsi iam
in monte audiebant idest legem, hec enim terret &
anxii solent petere, quod ignorant, ut Paulus ait Ro. 8
Nescimus quid ~~petamus~~ [oremus] aut quomodo orare oporteat. Sed

spiritus interpellat pro sanctis etc. Ideo Christus hic Mosi eorum petitionem interpretatur, significans affectum eorum, cum sic diceret, Stulte petijsti, ut ego tibi loquerer, cum timeres audire vocem illam in monte, cum ea sit vox ministerij mei proprio, sed dixi, qui instituere eorum, [illegible] quod non me, sed alium, qui blandius quam ego, loqueretur, peteres. Et hanc petitionem exaudiens, dabit tibi talem prophetam, qualem me.

Qualem [illegible] me? [illegible] Videlicet talem, qui passus vere unum adest, legem peccati & mortis mediatur, qui contritos corde sanat, qui contereos & confractos [illegible] & consolatur, Quo pharmaco? Verbo [illegible] & salutis, ut audiatur vox annunciantium pacem, annunciantium bona super montes, Ut sit is, quem propheta Malachias predixit. Et statim veniet ad templum sanctum suum angelus testamenti, quem vos vultis. Et post eum Esaias, Spiritus Domini super me, quia unxit me & misit me ad evangelizandum pauperibus, ad medendum contritos corde, ad predicandum annum acceptum Domino. Talem (inquit) [illegible] petijsti in Horeb, cum diceres [illegible] talem ergo dabit tibi Dominus, loco mei, [illegible] ut ipsum audias pro me, Hunc ego eundem, quem [illegible] ferre non potes, & pro compescendo [illegible] petijsti.

a 1

Rabbi zaundo

Ponam verba mea in ore eius.

Et hoc plane arguit aliud dicturum hunc prophetam illum [illegible] verba talia in ore Mosi [illegible] praecipit, sed promittit [illegible] & [illegible] Quare aliud hoc est verbum, quam verbum legis, quod cum in ore Mosi [illegible] praecipiat. Adeo ut [illegible] peccatores ad mortem & desperationem, frustra eum promittendum & praecipiendum est.

2.

aliud

si unum in ore Mosi posuisset & praecepisset, Cum igitur futurum prophetam aliud a Mose sit dicturum, necesse est ut verbum eius non sit verbum legis, quod occidit & terret sed quod vivificat & solatur, Ut videmus ex hoc loco prophetas esse credendos, ubi de alio pacto, verbo, sacerdotio futuro praedixerunt, Ut Iere. Ecce venient dies, & feriam novum pactum, non secundum pactum, Et ps 109. Tu es sacerdos in aeternum. Et Esaie. 2. Verbum domini egredietur de Zion &c

Qui autem audire noluerit Ego requiram. Hoc verbo universum magistratum civilem traditum in Mose tradendum, abrogat. Qua pro lege Mosi servanda & administranda instituerat gladium ~~et iudices~~, Hic vero, ubi novum verbum instituit, nullum gladium nullum iudicem instituit, sed seipsum fore minatur, qui ulciscatur. Sicut & in Michea dicit. 6. faciam ultionem in furore & indignatione in omnes gentes, qui non audierunt. Cum enim lex sit praedicatio vitae & salutis, non sunt ad eam cogendi ulli humana vi, cum deus requirat spontaneum cor quod credat, hoc autem cum vi humana nec praestari nec extorqueri possit, relinquendi sunt soli dei iudicio, qui non crediderint, quem ipse una cum eo damnant. dicens. Qui non crediderit iam iudicatus est. Et hoc loco. Ego requiram, ~~hic videmus quod non temere ipsi~~

¶ Hinc videmus quod sunt furiosi pontifices & principes hodie qui haereticos aut impios vi ad fidem cogunt, & cogi non licentes, occidunt & exurunt. Usurpant certe iudicium, quod sibi soli deus arrogat, & cogunt ubi nemo cogi potest, & exigunt, quod nec ipsi nec ullus homo praestare potest. Sed hoc faciendo monstrant, quod nihil intelligant Christum & verbum eius, neque quod Moses hic doceat videant, Nam

4

ex re christiana fecerunt quandam externam larvam, ut
illos credere cogerent, qui timore poenae confiterentur externe
nomen Christi, & non adverterunt, esse hanc rem solius spi-
ritus ab omnibus hominibus liberrimam, coguntur statim cum
subvertere gladio & iudicio, Siquidem omnis externa lex
& religio, indiget novo iudicibus prophanis, sicut & in
lege Mosi videmus. Sic factum est, ut ex verbo ~~per~~
legem, ex fide opera, ex veritate speciem fecerunt, ideo
tandem & gladium adhibere coacti sunt

Eadem furore, sed alia specie insaniunt isti recentio-
res nostri prophetae, qui postquam vanam gloriam obtinuerunt; ~~per~~
cupierunt meliora & altiora docere, quam verbum dei. ~~Et~~
quod denuo nobis christus reparavit ~~in~~ his diebus, eo
fremuerunt spiritu satanae, ut viderent doceri a nobis fidem
& charitatem, invenerunt novo verbi loco, novum quen-
dam ~~sp~~ spiritum, novas rerum inventiones, quibus mul-
tum dementant. Et ut venena eorum vitemus, quando
~~iam~~ nostro seculo currunt, breviter eorum insanias tan-
gamus, ad monendos pios, ne magnificis eorum verbis
fallantur, Quas ut facilius intelligas, primum nostra recen-
seamus. Sic enim nos & vere docemus ac sapimus

~~Pro~~ Primum & ante omnia audiendum est propheta illum
de quo Moses hic dixit, hoc est, salus nostra non veni-
at ab ullo nostro opere, sed ab auditu verbi dei, Siqui-
dem & lex ideo progreditur, ut humiliet & ostendat pecca-
tum doceatque nos nihil posse ~~operibus~~ viribus nostris. Ro. 4. lex iram ope-
ratur. ideo ut possimus non modo non facere legem, sed
nec ultra audire velle, sed qui sese ostendat, petatque ut id
aliud verbum, quod consoletur, erigatque nos quemque faciamus
ut hic vidisti; Audito autem verbo, datur spiritus
sanctus, ~~non ex~~ qui fide percipitur Ro. 10. Fides

ex auditu · non quidem omnibus qui audiunt, sed quibus
deus voluerit, Spiritus enim spirat ubi vult, non ubi nos
volumus. Spiritu vero sancto per fidem accepto, mox
iustificati sumus eo ipso, absque ullo opere nostro, solo dei dono,
statimque pacem et bonam conscientiam erga deum ha-
bemus et liberi ac securi clamamus Abba pater. Iam non est
timor aut fuga servilis a facie irae dei, sed filialis acces-
sus per gratiam ad deum: in qua stamus et gloriamur
Ro. 5.

Corde autem sic iustificato et parato per fidem in
spiritu sancto, mox itur ad extra variis modis, primo
fit oris confessio in salutem, et praedicatur verbum foras,
quo nos ipsi salvati sumus, ut salventur et alii per
nos, quemadmodum et nos per priores nobis, ut augea-
tur regnum Christi. Hunc ordinem sequitur persecutio et tribulatio crux
propter verbum in mundo, qui odit lucem et veritatem, quia
diligit tenebras; Qua fit ut fides probetur et confirmetur
usque in perfectam spem, quae certos nos facit de salute nostra.
Secundo [illegible] minuitur vetus ille homo noster, in quo
reliquiae sunt peccati, quae lege sua in membris pugnant
adversus spiritum ut non faciamus quae vult spiritus.
Hic agitur mortificatio illa carnis. Tertio fructifican-
tur opera testes fidei et spiritus erga proximum, in charitate,
benignitate, pace, bonitate etc. Gal. 5. Hic est summa
et verus ordo Christianae vitae, quae ex verbo pendet et
incipit et pergit usque ad ista opera charitatis erga proximum.

Hunc ordinem omisso proposito ~~ut~~ ipsi nonnulli
sic invertunt, primo apprehendunt more haereticorum
Itaque pertinaciter in multos gradus suorum [illegible] pondera, quae
diversis nominibus appellant, ut alius est [illegible] in deterrenda cons-
cientia. alius in admiratione, alius in [illegible] disciplina, alius
in suspensione!! et nulli iustitiam con[illegible]untur, nisi donec
[illegible] variationem creaturae.

per hos gradus proficerent usque ad perfectam mortificationem tum repleantur spiritu sancto, ut omnia possint, omnia in veniant.// Non enim ex auditu verbi, quod gloriosi contemnunt, sed ex mortificatione venit ille spiritus, asserunt hi enim. quod iustis & piis videntur adhuc reliquiis peccati corrupti, ideo vocant eos ~~falsi~~ hypocritas & qui fidem simulent & fucatam e syllabis scripturae, non haurient ex spiritu. ipsi vero prorsus sine reliquiis peccati sint ideo veram fidem habeant ex spiritu

omnia volunt

Vides ergo hic manifesto Sathanam, qui eos exagitat, ut a mortificatione incipiant, qui tamen verbum & fidem & spiritum sequi debebat, & in spiritum desinant, qui omnia praecedere debet. At plane novam quandam larvam operum sub nomine mortificationis obtrudunt, externam verbo, contempto, ut nihil nisi externam speciem exigant, & novo modo, nostris viribus parari iustitiam docent, tamquam iustitiam, quae prorsus sine reliquiis peccati sit, quod impossibile fieri est in hac vita Ro 7. Atque interim ipsi ostentatores speciei & perfectionem mortificationis & insignem iustitiae, sunt omnibus vitiis non plenis modo, sed usque ad furorem inexplicabilem obsessi; ~~Habent~~ Neque enim maiorem, superbiam, elationem, invidiam, odium, iram impatientiam, avaritiam, pusillanimitatem (si res parum succedat) audaciam (si succedat) denique insolentiam usque videres facile. Sic sane mortificantur, sic ditarunt professores suos, Hos vere ponderibus ~~gravi~~ onerantur a diabolo potiusque honorantur a deo

temeritatem arrogantiam

Deinde [illegible] quia confusam hanc & indigestam larvam externae mortificationis & iustitiae vident, nacti sunt & gladium, pro[illegible] ad muniendam & servandam iustitiam sunt est mo[illegible] [illegible]orum externarum legum. Atque ut confusa & pr[illegible]postera est eorum mortificatio & iustitia

tia & ~~ee~~ nihil nisi carnificum cultros gladii apud vos, Non
enim legitimo magistratui, sed promiscue vulgo adver
sus legitimum magistratum, ~~pro~~ ad omnes nostros (idest
qui non sapiunt ~~quam~~ eorum sapientiam) occidendos tra
dunt, ut hac non sola, verum etiam de stultitia & insipi
entia. Et de manifesto furore & insania, damnanda sit
ea factio est, quae hoc modo sese ~~alt~~ ulciscitur in re
surgente & reflorente verbo.

Istis ergo prostratis, per manifestam insaniam suam satis abunde
confutatis, dimissis, maneamus in pura doctrina & fide
scientia Christi, docentes summam nostre religionis esse
fidem in spiritu per verbum donatam. Deinde reliquum
in carne peccatum purgandum, & non exigi mortifica
tionem perfecte impletam sed perfecte incipiendam, Ubi to
lerandos in charitate esse, non damnandos, segnes sint in 10.
firmi fide aut moribus, quae est summa lex & pri
ma lex inter Christianos eius nostros ut Paulus dicit
Alter alterius onera portate & sic implebitis legem Chri
sti, In summa diligentia caveamus, ne iustitiam tribuamus
ulli operi, sed soli fidei relinquamus in corde, iuxta illud
Ro 10. Corde creditur ad iustitiam, Rursus, ne sterilem
tem fidem alamus, quae mortificationem negligat,
Hoc est, sic mortificationem exerceamus, ut nec ipsa
facta iustitiam aut spiritum acquiri putemus. Aut
qui prophetae insaniunt, nec ipsa omissa, nimis per
verbum adepti spiritum & iustitiam

Tenera siquidem & rara est haec pietatis scien
tia Christi, etiam in sanctis & spiritualibus viris, adeo
offendit opera spiritus, & in morti ferunt carnis malitia
ut optimi quique hac maiore & peiore nunc in feruntur, quo morti

cent carnem & faciunt opera. Hi qui urgent verbum &
requirunt fidem & spiritum, quasi per opera & mortifica-
tionem veniret fides & spiritus, cum contra mortifica-
tio & opera veniant ex spiritu & fide. Spiritus autem &
fides non nisi ex verbo vocali veniunt; Est enim & hec
carnis crassa quedam malicia, diligenter mortificanda,
que opera & mortificationem tanti facit & suspicit, ut
~~magna~~ vim verbi, quod potens est potentia dei salu-
te credentibus, non videat, & magnis viris frequenter
imponat. Hec satis sint de prophetis que dicta, ut
timeat illos pius homo, & sic sanum ac syncerum ver-
bum dei custodiat. Sequitur

Propheta autem qui presumpserit

Necesse est ut scandala veniant, & iuxta verum & sanum
verbum dei, semper insurgent sibi falsi doctores, sicut Petrus
& Paulus post Christum testantur, Erunt in vobis pseu-
do~~prophe~~ magistri, sicut & in populo fuerunt falsi prophetae
2 Pet 2. Et post discessum meum intrabunt in vos lupi
graves. XX. Satan enim non dormit, sed dormientibus
hominibus semper seminat zizania inter bonum semen. Ad-
monet ergo Moses & nos hic, ut certi simus, sicut, ut
iuxta veritatis ~~verbum~~, insurgent vana gloria magisterij
inflammati, ~~[illegible]~~ nova & aliena docere videri, ut
olim & nostri fuerunt prophetae, de quibus iam dictum
est. Unde hic dicit: qui presumpserit loqui in nomine
meo, quod ego non precepi, sed quod sit mera temeritas &
presumptio eos cogit loqui, sine mandato dei

Duo autem genera prophetarum tangit, adver-
sus sanam doctrinam insurgentium. Unum eorum, qui sub
nomine domini ~~[illegible]~~. Alterum, quod in nomine a-
lienorum deorum ~~[illegible]~~ Qui in nomine domini

veniunt hi sunt, qui verbum dei praetexunt et scriptu
ras sanctas afferunt, qui in his loquitur deus et est no
men dei in illis, ut quas ipse dedit. Hi maxime erant
futuri tempore Christi inter Iudaeos, ubi scripturas sanctas
velut verba dei usi sunt adversus Evangelium pro ipsorum
lege. Et post eos inter haereticos. Qui in nomine alie
norum deorum veniunt hi sunt, qui sine scripturis et
verbo dei veniunt, sed proprium spiritum praetexunt
ut sunt Planetici et post eum papa et omnes, qui
traditionibus humanis populum perdunt, inter quos et
nostri prophetae numerandi sunt, qui nobis assidue
e coelo labuntur. Et suo spiritui credi volunt, etiam sine
scripturis loquentes

Quod si dixeris in corde tuo

Dixi supra cap. 13 quomodo haec duo concordent, quod
ibi dixit, etiam si veniret signum praedictum a falso pro
pheta, non est credendum. Hic dicit, si non veniret
signum sit eum esse falsum. Et duo est genera doctrina
rum, alterum, quod iam receptum et divina autorita
te aut miraculis firmatum sit. Adversus hoc genus
nulla sunt miracula admittenda, ne angelus quidem de
coelo, nam ea miracula tentant nos ut supra dixi.
Sicut ostenditur in propheta 3 Re 13. qui contra alta
re Bethel cum miraculis ductus confirmatus erat. Et
tamen tentatus a falso propheta credit et a leone per
cussus mortuus est. Sic Paulus praedixit, sic et Christus,
ventura signa et prodigia mendacia adversus verita
tem, ut seducerentur infideles, Sic Satan ut fidem
destrueret, multa signa facit in visitationibus sanctorum
in apparitionibus spirituum et similia

14

Alterum quod respondendum est. Hic non debet credi, nisi
signa fiant, Quia nunquam locutus est Deus novum verbum
quod non signis firmaret, ut legem Mosi maximis signis
confirmavit. Euangelion etiam maximis & fere assiduis
non primum recipitur. Igitur differendus est assensus,
ubi nova doctrina venerit, donec signa fiant, Quod
si fecerimus, fidelis est deus, qui non permittet eos facere
signa. Si autem non fecerimus, vere permittet fieri signa
ut fallamur & periamus. Sic ego meos monebo prophe-
tis fieri, qui nova inducerent suum spiritum testatum
esse, quantum vis Apostolorum fuisse nominis, respi-
te, cum cum Deo praesit sicut Moses, facie ad faciem
loquantur quotidie, nisi et miracula edant, alias
fide eos indignos esse. Ipsi saepe promiserunt, sed ergo
nihil adhuc vidi vel audio. Cum insultarent dixi
& dixi, Deus meus providebit, ne deus vester faciat
signa & miracula

Fallunt autem rudes ea miracula, quod non ad-
vertunt, vel non norunt, Ista sit potentia & virtus Sa-
tanae, quantis praestigiis possit facere, ut videaris oculo
captus, crure laesus aut alio membro aut toto corpore, cum
tamen nihil tibi revera sit, tum postea, si voveris aliquid
vel sanctum aliquem invocaveris, abscedit ut redeat
sanitas. Tum hic putantur sanctorum merita & virtu-
te divina fieri. Sic in eorum sufflationem potest aliquot
horas tenere unum sine apparente halitu & sensu, cum
nihil illi sit facilius quam ludificari sensus. In his omni-
spectacula non sunt tam miracula quam causa, Si opera
& species fiunt in causa, ut probentur, Satan est.
Verum in causa verbi & fidei, non ludificamentis

16.

quia odit verbum fidei. Quod si etiam verum aliquando
sciat, ut verus sit in verbis & vera sanitas, nihil ma
gis credendum. Quia maleficus novit & incantatio ve
ris & herbarum & ciborum salubrium vel noxiarum vires,
quas pro sua voluntate, nunc applicant nunc removent
ut fecit per magos, qui laedunt corpora eorum, quos ode
runt, quandoque & occidunt, rursum ipsa sanant &c.

Haec de prophetis dicta sunt. Allegoria Levitarum
nihil inter filios Israel possidentium, est ministros ver
bi debere non inserere mercaturis & curis abstinere
ut placeant domino, qui est eorum haereditas. Hoc est
verbum est eorum possessio & opulentia, quo serviunt
deo & populum servant, ut haereditent terram pro
missionis, sc. salutem animarum. Ius etiam sa
cerdotum de sacrificiis, sc. armus, maxillae, ventri
culus & primitiae, idem significant eos in usu & mi
nisterio verbi esse, ut brachio ~~fortes~~ sint potentes
in ore, & maxillis verbi mordeant & molant impios
arguendo, increpando, obsecrando. Ventriculo vero fo
veant & tolerent infirmos. Primitiis vero docentur
dum omnia tribui docent gratiae Dei, non meritis suis.

Vates autem & omne illud genus abominatio
num, quas hic Moses numerat, significant impios mi
nistros, qui ~~ex~~ se capite suo divinant, quae Deus illis
non praecepit, & erant constituentes certis diebus, cer
tis operibus, certis locis, certis personis. Hos ludificant
constituentes fallacibus & speciosis ominationibus & in
anibus verbis, non aliter quam malefici & incantato
ris aliis praestringunt suis praestigiis, ut putent se
se sentire aut videre, ubi nihil sentiunt neque vident

b.

Quales fuerunt Ephi et [illegible] erant, & propter [illegible]
ster ludificatoriis & magis figurantur. Filios etiam
lustrant per ignem, ubi [illegible] falso studio ~~[illegible]~~ [illegible]
tates ostendunt & produnt. Ut haec facilia sunt ex-
plicata & intellectu

Cap 19

Cum crediderit Dominus deus tuus gentes

2

finitis institutis de cultu dei & magistratu, pergit
Moses in secunda parte legis versus charitate, quae in
secunda tabula continetur. Unde hoc cap. per totum agit
de homicidio, & de vindicta, quomodo sit homicidium

& de
omni al

fortuitum cognoscendum, & voluntarium puniendum
deinde generali sententia, omnem iniuriam talionis
lege vindicandam statuit, exigit enim charitas ut pub-
lica pax procuretur, sed ~~pacem~~ nisi mali coerceantur,
pax constare non potest. Quare charitatis est, leges severi-
tatis & iure misericordia administrare in vindictam malo-
rum, ut serventur boni & pii. Rursus charitatis est
~~[illegible]~~ legum rigorem equitate remitti, ut ~~[illegible]~~
~~[illegible]~~ misericordiam consequantur, qui similis quidem est
malo, fit & nocens, & tamen nec malus nec nocens
est, quia nolens & invitus fecit. Ideo hic mandantur
separari tres civitates refugii pro homicidis involuntarijs

Qui percusserit proximum suum nesciens

exemplo

Declarat, quale velit intelligi involuntarium homici-
dium esse. scilicet si aliud agens, non legem videns, & fere
casu percusserit proximum. Videis hic pulchre, quomodo
benignam [illegible] aequitatem in legibus requirat deus: ut
non secundum facta solum, sed secundum voluntatem

iudicari ~~[illegible]~~ velit, Nam hoc exemplum generaliter
trahendum est ad omnes leges, ut quoquo peccatum fue-
rit, cuiusvis potius quam maius peccatis [illegible] ut
hic Moses expresse definit, Illum non esse reum homici-
dii, qui nullo ~~[illegible]~~ odio, sed casu aliquem occiderit vo-
lens, Sed hic animus tamen certis signis & circumstan-
tiis probari debet, ut cuivis liceat post factum decla-
re, Non feci volens. Ideo Moses ponit exemplum de
ferro elapso & ~~[illegible]~~ plane cum circumstantiis, quae
probat homicidam aliud agentem, praeter voluntatem
opus fecisse homicidii

Sic si aliquis imprudens oculum alteri vel
pugno vel lapide excusserit, prorsus aliud agens quam ut
oculum illi excuteret, reus non est iniuriae, Sic si
alio quovis membro laeserit, aut damno affecerit,
ut ego vidi factum, quo frater fratrem gladio trans-
fodit & occidit, dum aprum, qui fratrem oppresserat
transfodere studuit. Ita enim habent res mortalium
ut quilibet a proximo sit ~~[illegible]~~ expectandum periculum, Nam
cum in societate communi vivere velit, & frui parte
societatis, tutela & omnibus [illegible] & bonis, debet
etiam ferre pericula, damna & incommoda & totam
fortunam, utcunque acciderit. Sic iuristi dicunt, ~~Quilibet~~
cuius debet cum ~~[illegible]~~ incommodis, hoc est, si velit
esse civis, regatur relatum ~~[illegible]~~ cum civico ~~[illegible]~~ in
incendio ~~&~~ aut alio quovis damno

Cum autem dilataverit etc. Si tamen serva-
veris etc.

Vides promissiones legales pro temporali regno longe
aliter se habere, quam promissiones gratiae seu spirituales

4

Nam promissiones legales, innituntur hominum voluntate & meritis, ut hic dicit. Si tamen stetissent, Quo nam sunt stabiles neque perpetuae, Quia merita hominum nulla permanent, sunt ut homines ipsi, omnino sancti, At promissiones spirituales, sine meritorum respectu, nituntur sola aeterna & gratuita misericordia Dei, Quia non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei, Quo in illis regnat unus facit & perdit omnia liberum arbitrium. In istis regnat & sternit. gratia & spiritus

Ut effunderetur sanguis innoxius

Vides universalem homicidam ab ipso Deo definiri innoxium? Quo vult multos multis refugij, quia multa in magno populo fortuita mortis contingunt, Est notandum, quod illud, ubi dicit. Ut forsan proximus occisi persequatur & perdat animam eius, qui non est reus mortis, nullo modo sic intelligi debet, quasi non dex ille privata manu debeat vel liceat homicidam occidere, sicut textus pro seditiosis videtur sonare, Sed quod ipse agerit causam occisi, iudices & legitimos causam causam debeant expedire, quod quia fit, illo impellente & urgente, dicitur ipse facere, iuxta illud, Qui nos per nos alij faciunt, nos fecisse recte dicimur, Nam nulli licet seipsum vindicare, sed mea est (inquit) vindicta, Quo instituit iudices & magistratus.

6

sunt & paulo superius dixit, ut perdat animam eius qui non est reus mortis, quia nullum contra eum qui occisus est odium habuisse monstratur, hoc animus innocens ab odio, haec factum innocens ab homicidio

Siquis aut odio habitus

Et hic videtur iudicium magistratui mandari, dicit enim: Mittent seniores civitatis & tollent illum inde & tamen quasi id sit facturus vindex ipse, mox addit, tradentque in manus proximi sanguinis, non ut ipse privato gladio eum perimat, sed coram iudicio rem agat & ad mortem perducat. Quum quasi totus populus hoc facere debeat, dicit, Non misereberis eius ut auferas innoxium sanguinem de Israel. Relinquitur ergo est, una illa & publicae executionis munus mandari, quasi populo, sed tali qui magistratibus & iudicibus ordinatus sit, qui sacrosancte iudices & testibus probantibus, iusto iudicio secundum legem videant & occidant

Vult autem voluntarios homicidas interfici, qui malorum perpetrant & pacem publicam turbant. Et hoc exemplo videmus ~~[illegible]~~ immunitates illas locorum, quae apud nos in civitatum refugium sunt debere tantum innocentibus prodesse, Nocentibus vero nihil prodesse, ut hic enim & Exo 23 praecepit, ut homicidam voluntarium auferendum & avellendum etiam ab altari domini & occidendum. Hodie vero prorsus indifferenter ac ut plurimum, solis nocentibus refugia loca sunt immunitates illae, ac manifestas iniurias tuentur, forte exemplo Romuli Romanorum parentis, qui latronibus Romam primo fecit immunitate patronam

Non transferes terminos proximi tui

Insignis locus contra avaritiam & tyrannidem, ob quam non raro & homicidia fiunt, ut ~~[illegible]~~ terminos liceat occupare. Interest igitur officii magistratus in

rare, ut unus a cive quilibet sit in loco hereditatis
sue, presertim in hoc populo Israel fuit ad necessarium
ubi hereditatis inspiciendus est valeat.

Non stabit testis unus contra aliquem
Ut supra 17. Nemo moriatur uno contra se dicente
testimonium. Paulatim proxime sunt, digne que omni
ore celebrentur. Nam & Christus hanc non semel alle-
gat: In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum.
Sed quid si utrique testes falsum dicant, quid faciet
iudex? Respondetur. Si sciverit falsum eos dicere,
non iudicet. Si nescierit, iudicet secundum testes,
hoc enim regit iudicii ordo a deo institutus, qui iubet
duobus testibus credi. Deus iudicet, quo testes illos re-
tulit, & ipsi iudicent, quomodo respondeant deo
qui hac eius ordinatione & autoritate sua sunt abusi ad perniciem
proximi, quales fuerunt testes falsi, contra Naboth
Israelitem, contra Christum & Stephanum. Ceterum qui
perit hoc modo malum suum interea minuerit
quod supra diximus, etiam a cive est expectanda, sicut
sunt incendium, pestis contagio, bellum, plaga
& quaecumque alia iniuria, sicut enim patiendum necesse
dei cogitur ferre a nemine, ita & falsum testimo-
nium & omnia alia incommoda

Facietis ei, sicut fratri suo facere
cogitaverunt

Hic habes et aptum & clarum textum, quod testis falsus
tus puniendus sit, etiam si factum non impleatur,
Quia testem occidi mandat & animam pro anima sine
misericordia tolli ~~[illegible]~~ ab eo, qui contra animam falsum
testimonium dixit. Nam ideo legem talionis hanc

mox subiungit, quod faciendum sit falsum testimonium
nam dicenti, quod ipse facere voluit. Ut et hic dici
posset Lex haud aequior ulla est, Et nunc artifices
arte perire sua, hic dentem pro dente, oculum pro
oculo, et non modo de facto impleto, sed etiam de
conatu tentante intelligatur

10

Sed hic quaestio reliqua est de illo innocente et
involuntario homicida, si innocens est, cur tali poenae
subiicitur, ut exulari cogatur in urbe refugii extra ur-
bem suam? Deinde, si quem forte extra fines urbis refugii
invenerit et occisus fuerit, vindex innocens decerni-
tur, ut Num. 35 scribitur. Respondetur, sicut is, qui
forte occisus est, una cum suis, reguntur hoc malum
nunc calamitatis et tribulationis multis ferre, ut
dixi, ita et ille suum exilium eodem nunc, tanquam
malum, quod ipsi ex calamitate contigit. Lex autem
tam rigide hic sancit, ut ab homicidio voluntario
magis absterreat, et innocentiam [?] ... [?] animo
illatam, tamen amicis molestiam, utrumque punit
et mitigat, velut iniuria contraria

Allegoria Occidere proximum est verbo doctrinae
animam eius perdere ~~et~~ et conscientiam laedere. Id
si fit imprudenter, hoc si forte ~~quis~~ verbum tractat
~~in fallacia~~ non legitimo sensu, ut aliquando solent
patres, ubi ex scriptura Christo fecerunt petram, aut
opera nimium docuerunt et verba fidei ad externam
speciem traxerunt, imprudenter, ut dum regulas
vivendi, certa statuta ieiuniorum, festorum et habitu-
um, ceremoniarum posuerunt, occiderunt quidem
animas. Certum est in facto, sed ipsi plane hoc non

egerint, ut occiderent. Sed sunt Peccata humanae in-
naturae, contrarientes & imperfecta in fide, sic lapsi
eos facit. Hoc significatur ab urbe refugii, promissio
salutis, nempe verbum illud. Dimitte nobis debita
nostra. toleraturque eorum imbecillitas, donec sacerdos
moriatur, i. donec cognoscant pleniore fide Christum
esse, qui sua morte omnia peccata destruat &
nos liberos faciat. Nam hac confidentia sternimur
omnes, quod scimus, omnia peccata sive ignorantia
sive imbecillitate commissa, in Christo dimitti,
si fugimus ad eum & petamus dimitti.

12 Qui autem odio flagranti sciens occiderit aliquem,
is sine misericordia occiditur. Hi sunt haeretici
qui hoc agunt autore Satana ut animas seducant,
hi suis sectis abducunt a Christo & puro verbo avel-
lunt, quum delectantur & gloriantur in multitudine
credentium & sibi adhaerentium. Hi nullam mere-
ri hic clementiam, nec habent remissionem peccati, cum
Tit. 3. sint suo iudicio condemnati, & peccent peccatum
ad mortem, quod ut non toleratur, ita nec remittitur
est enim blasphemia in spiritum sanctum, pro quo
non est orandum, ait Johannes. Non quod pro illo
peccato non orari debeat, sed quod non sit orandus
deus, ut ipsum pro non peccato habeat, aut pro iustitia
accipiat, sicut Moses orat Num. 16. et deus respuit
eorum sacrificia, ~~[illegible]~~ hoc est, ut imputet pro iusto
quod vere peccatum est, quia ipsi illud non imputant, sed
volunt pro iustitia. Alioqui pro omni peccato quod
cognoscimus, oratur, & sic non imputatur, etiam si per-
sisteret, ut sunt reliquiae peccati in carne. Gal. 5. Hoc
enim vult Johannes dum pro peccato ad mortem orari

non vult, alioqui non vult ut habeatur pro non imputa-
to aut pro nullo peccato, qualia vult omnia haberi, quae
ignorantia agnoscimus & confitemur, Nam orare pro tali
peccato, ut pro non peccato habeatur, est petere, ut
errorem hereses & impietas deo non displiceat, sicut
ut sit Deus cui placeat impietas, contra Ps. 5

Non transferri terminos a prioribus positos, est nihil
addere doctrinae ab Apostolis traditae, nihil novi confin-
gendo rebus consentaneorum, Hunc locum fortiter
pro se iactant Ecclesiastici & pontifices dum pro suis
statutis & consuetudinibus clamant, non esse trans-
ferendos terminos, quos constituerunt patres. per
patres intelligunt autem suos pontifices & doctores
non autem Apostolos. sic allegorica sententia, suas
fabulas stabiliunt, utrumque non videntes, quod ipsi sunt
primi & soli omnium, (etiam allegoria stante) transfe-
rentes terminos, non modo fidei & spiritus, per
priores Apostolos & Christum in Euangelio positos, sed
etiam suos ipsorum, a suis prioribus, & a se ipsis
positos. cum id sit unum eorum studium, ut leges
legibus mutent, accumulent & illae aut leges figant
priorum refigant, ut videantur legislationem [illegible]
bendi ac dictaturam habere, quibus ludant in conscien-
tiis hominum & tamen aliis obiiciunt, ne transferant ter-
minos, quos priores posuerunt

14

Lex talionis, oculum pro oculo &c. significat
falsos doctores puniri a Deo, sicut ipsi nocuerunt
ut si occiderunt, occidantur, si laeserunt & infirmos
fecerunt in fide aut operibus, ut non sanum docuerunt
verbum, sanandum hoc & ipsos recepturos adeo, ut
Paulus Ro. 15 dicit nos in Christum peccare, dum

perdunt infirmos, pro quibus Christus mortuus est
Hi falsi testes, qui testificantur adversus proximum,
sunt, qui confirmantum peccati & mortis ferunt
ubi non est, ut credant animas, que non moriuntur,
& vivificant, que non vivunt. Hij ergo sunt inqui
rendi diligenter & eis faciendum sicut cogitaverunt
facere, hoc est, sicut suspendi verbo strepitare &
damnandi, hoc est, verbo discernendi, ad poenam dam
nationem, nisi resipuerint, & probandum. quod fal
sa sint, que statuunt, sic confundantur & damnantur
spiritu oris Christi, ut vivant, si velint, aut perpetuo
cum sua doctrina pereant

Capitulum Vicesimum

Si exieris ad bellum contra hostes tuos
Aliud precept Mosis in causa bonorum usque ad 23 cap.
ubi & ut omnem usum populi certo verbo gerantur,
statuit & legem belli, sane pulcherrimam & audacissi
simam. si eam servassent, Judaei cum passi sunt
mala, passi sunt, quia legem hanc non servaverunt,
cum non fuerit possibile, ut vincerent, si secundum hanc
legem bellarent

16 Primo tollit eis fiduciam in armis & viribus. ne
putent sese esse, qui vincant ac triumphent, hoc iacit
mündlich fundamentum & primum robur victoriae, verbum scilicet
magnificae promissionis. Non timeas eos. Dominus
enim Deus tuus tecum est, Deinde iubet hoc verbum
in acie predicari, & a sacerdote & ministris. Audi
Israel, vos hodie pugnatis contra hostes vestros, non
mollescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec
formidetis eos. Quia Dominus Deus vester ambulat vo
biscum ut pro vobis pugnet & vos salvet, Obsecro

quid mirum, si populus talibus promissis armatus
etiam sine armis non solum hostes suos, sed totum adeo
mundum vinceret atque proterret? Quis enim est? Quae
arma? Quae vires? Quae multitudo hos resisteret, pro
quibus Deus pugnat? Nam hoc senserunt Aegyptij
in mari rubro, quando dixerunt, fugiamus Israelem,
Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

Hinc fluxerunt illae gloriationes, Non in arcu
meo sperabo, nec gladius meus salvabit me. Et iterum — c. 1.
Non in robore equi, beneplacitum est ei, neque in tibiis
viri quam voluntatem habebit. Et fallax equus ad
salutem. Et fortis non salvatur in multitudine for
titudinis suae. Et Benedictus Deus, qui docet manus
meas ad praelium et digitos meos ad bellum. Ipse
enim dat salutem regibus. Sic Jonathan filius Saul:
Non est difficile domino, salvare in paucis vel ~~in~~
in multis. Igitur fide in verbo Dei, bella huius
populi gerenda dicuntur, sicut cum David Goliath per
cussit et omnes victorias suas adeptus est. Quoties
vero sine fide, solo numero et copia bellarunt
victi sunt.

Secundo, sic armatos verbo Dei, induit et lar
vam corporalium armorum, et instruit aciem, iubetque
neophytos et formidolosos abire, et delectum virorum
facit, ~~et~~ et omnia non aliter ordinat, ac si sine — sisi
verbis et armis bellare deberent, more aliorum
gentium. Quod facit, ut abscondat ipse sub larva
externa, et occulte per fidem verbi sui operetur victo
riam, ne si Israel tentare videretur Deum, dum — 2.
nudus et inermis pugnaret. Nunc autem docet, ac
nec quidem gestare et apparatu bellico uti, sed non
in ea confidere, Non enim per arma nec per apparatum

sed sub armis & apparatu dum eum vincere ut sui
subditi haberent locum, quia est non aspernantium &
[illegible] tentatio dei, qui omittit, quae deus facere ad
usum belli dedit. de hac lorica dei & supra dictum,
Non enim dixit David, Sine gladio meo bellabo, &
sine arcu meo salvabor. sed gladio & arcu quidem
bellabo, sed non in eo sperabo. Non sine spe &
[illegible] [illegible], sed non in [illegible] & [illegible] [illegible] spem
ponam, sic de aliis omnibus

Tertio, ut Iudaei sese natos putarent, tantum ad occi-
dendos homines, ac non potius ad servandos pios & ad casti- & quietos
gandos impios & inquietos legem praescribit, ut pacem
primo offerant hostibus. quod & gentes quaedam in ser-
vaverunt ut poeta de Romanis dicit, Parcere sub-
3. iectis & debellare superbos. Et Augustinus pacem semper
bello praefert, nec nisi necessitate urgente bellandum
esse. Siquidem bellum simile esse dixit, [illegible] [illegible]
ubi [illegible] maior est quam fructus & tamen [illegible]
nulla una [illegible] reperiri potest. Et fere iudicium divinum
praesentem videmus in eventibus bellorum, ut qui
bellum primi ~~[illegible]~~ moverunt, deserta pace, semper victi
sint. Sic & rex Iosias cecidit, cum pacem oblatam con-
temneret, & bellum contra regem Aegypti ~~[illegible]~~ moveret.
Sic regna mundi bello parta, bello perierunt. & ipsum
novissimum Romanorum imperium, quod omnia praedominatum,
facta est rapina omnibus gentibus.

Quarto ista lex belli constituitur adversus ex-
teras gentes ut rebellantibus subactis, omnes masculinum
interficiant, servatis mulieribus, parvulis & iumentis
& tota praeda custoditis ac inter se distributis, Sed ipsos
Cananaeos & Amorraeos, in quorum terra erant habita-
turi, prorsus anathema iubet facere, ne illi sint religi-

a quibus discant impietatem & abominationes. Hos enim populos Dominus Israelitis tradidit perdendos & delendos omnino, ideo non cupiditate vindictae aut libidine ferri, multo minus grassari in gentes, sed obedientia sui praecepti, ut impietas aut error eius in impiis illis.

Quinto adiicit utilem & pulchram moderationem in bello servandam scilicet ut arbores fructiferas succidant, sed infructiferas utantur ad machinas. Quia mitem & non barbarum Deus populum esse voluit, ut non ad vastandam terram, quae non peccavit, sed ad coercendos impios bella gererent. & pulchre monet stultitiam & ostendit crudelitatem dum dicit, Quia lignum est & non homo, nec potest te obsidere. Nunc vero ut sunt homines feri, nos fere & destruere omnia ferro & flammis populantur. Certe qui sic voluit moderatum populum, ut arboribus parcerent, nunquam passus fuisset, ut victis hostibus saevirent in matronas & puellas stupris ac libidinibus. & aliis flagitiis, quantum hodie cernere est in barbarie nostra.

Sexto est & hoc pulcherrimum humanitatis & civilitatis exemplum, quod a bello sunt libera, quatuor hominum genera, scilicet qui aedificant novas domos, qui plantant novas vineas, qui ducunt uxores & qui sunt meticulosi, Aequum est enim, cives non gravari plus iusto & ut ratio habeatur privatorum, ne pauperes onerentur oneribus novis mariti & novi patresfamilias cum ceteris. Valet enim hoc ad augendam rem publicam, & ad multiplicandum populum, alioqui si prima sint onera, fieri posset, ut segnius aedificarent domos & ducerent uxores. sicque decrescerent familiae & res familiaris. Quod vero meticulosos non vult

militare in bello, ut aliud sit eruditio pueris, alterum simulat sub larva: quasi victoriam illis donet virtute animorum, cum ipse animus eorum incitatur ad victoriam, sic alia quaelibet externa opera creaturarum

Allegoria

·4· Bella huius populi bella spiritualia significant, quae geruntur propter causam fidei. Hic ante omnia opus est, ut sciamus deum cum nobis esse & pro nobis pugnare, qua scientia tuti ac animosi bella domini geramus. Vires vero nostras, hoc est, sapientiam, scientiam, intellectum, denique & arma, idest gladium spiritus & scripturam, est non nisi externam operam, sub qua in nobis potens est & pugnat invictus deus. Sicut paulus ait Arma nostra non sunt carnalia, sed potentia deo. Ne nos gloriemur, quasi nos simus qui vicerimus, sed solus deus triumphet nos in omni loco. qui operatur omnia in omnibus nobis.

Tria genera hostium habemus. primum quod pacem oblatam accepta & subiicit se nobis. Secundum quod repugnat, hoc duo Mosi significat per exteras gentes longe a terra promissionis sitas. Tertium est internum & domesticum, ut sunt ~~Ha~~ Cananaei Amorrhaei &c. Illi sunt triplices haeretici, primi non pertinaces, qui facili opera recipiunt admonitionem & pacem faciunt, sed tamen in charitate fervent. Secundi, qui resistunt & armis scripturae sese defendunt. Ex his masculi sunt occidendi, reliqua in praedam diripiendi, hoc est verbo spiritus sunt principes & potentes inter eos, condemnandi & si plures sunt, tamen morte spirituali relinquendi & pro ethnicis & publicanis habendi, reliqui vero eorum suscipiendi & instruendi in opera charitatis

Sed Cananaei, Ethei et Pherezaei postremi, sunt prorsus in omnibus delendi, hi sunt, qui prorsus sunt obdurati et obstinati incorrigibiles, hi vero sunt anathema declarandi et segregandi de medio nostri.

Non enim hic gladius carnalis corpora ferit, sed verbum dei conscientias, verbis vero conscientiis, satis est verbum, quod destruenda est altitudo superba, quae se extollit adversus scientiam dei, Reliquum est, quod in corde ~~[illegible]~~ [illegible] eum si infirmum est, tolerandum est. Qua enim impietate cordis, non movet infirmitas carnis, cum peccat in membris, cum non respicitur, postquam amputatum est illud caput serpentis, videlicet superbia et ostinata impietas. At ubi caput et omnino non cedit, ~~etiam~~ id quod in corde ~~[struck]~~ remansit ostinate, simul cum impietate cordis occidendum est .i. anathema faciendum quia illis nulla remissio, nulla misericordia, nulla gratia reliqua est sicut peccato in carne reliquo, qui impietatem cordis servant, demeriti omnia damnata quae bona facere sibi videntur. Isti sunt Cananaei et Pherezaei Amorraei.

// vel est ... ipsi //

Pacem offerre est Evangelium pacis et doctrinam gratiae et legis conscientiae // offerre impiis et magistris ac doctoribus conscientiarum, sit subjiciendus. Arbores fructiferas non caedendas esse, significat, si quos habuerint scripturae auctoritates veras, non esse negandas, Nulla enim haeresis unquam fuit, quae non etiam vera aliqua dixerit, ideo vera non sunt neganda propter falsa. Infructuosas vero succidendas et in machinas vertendas esse, significat scripturas ab eis perverse citatas et obtortas, esse re

tergiversatur in ipsos auctores. Et sic eos mandare multis consectandos.

Sponsum novum et edificantem domum ac plantantem vineam non mitti ad bellum, est non incognitum consilium in ministerio verbi. (Ut Paulus docet) ne inflatus in laqueum incidat calumniatoris. Sic nec neophytum, dicit infirmum fide. Sed ut tale moneat, eum, qui docet, sit sane doctrinae, et potens in verbo ad exhortandum et contradicentes revincendum, ne in bello vel pereat vel fugiat, id est vel suspectus imperitiae, vel cedat impiis magistratibus. Et item quod hic de domo dedicanda et vinea fruenda et sponsa domum ducenda dicit, significat usu exercitatum esse debere militem verbi, ut non auditu solo, sed ex experientia quoque doctrinam noverit. Domus enim libera tunc dedicatur, quando usu et inhabitando occupatur, et vinea eius fit, quando usu et fructu eius potitur. Sponsa accipitur, quando consuetudo vitae cum ea habetur.

Capitulum XXI

8 — Quando inventum fuerit cadaver occisi in terra etc.

Adhuc pergit in causa sanguinis et belli. Hoc capitulo Moses primum instituit ceremoniam quandam insignem super occiso invento in agro, cuius auctor ignoretur, quomodo reatus ille sit tollendus. Quod malim et ipsum inter ea numerandum, quae mutua et civilitatis iure facienda diximus. Alioqui cur ii potius hoc reatu onerentur, qui viciniores habitant occiso, cum fieri possit, ut a remotioribus vel pere

gravius coercendus sit. Praeter autem ea lex ista iudicii, ad terrendum rudem populum legis externa illa pompa tristitiae & poenitentia, ut ab homicidio retraherentur, quemadmodum solent pueri, externis spectaculis & terriculis mentes a malo absterreri.

Secundo legem praescribit de mulieribus captivis. Et vides hic, quantum ~~[illegible]~~ lex indulgeat militibus Iudaeis, ut non modo liceat plures uxores habere, sed etiam, si amor iusserit, gentilem & captam bello. Nam cum semper ius ~~[illegible]~~ militiae descripserit, qui non sunt novi mariti, palam est, fere omnes coniuges ultra annum ad minimum fuisse, qui militarent in bello. His coniugibus militibus permittitur ~~alia~~ etiam gentilem uxorem denuo ducere, Et quod amplius est, post ubi displicuerit, ius sit eam dimittendi, sed liberam, ut alteri nubat, nec vendi aut prostitui possit, hoc enim honestati omnino non conveniret, ut humiliatam vendat aut prostituat.

Sed quid hoc est? Numquid Iudaeis licuit mulieres prostituere? Non habet textus verbum prostituendi, sed vocabulum Amor, quod nundinare aut locare significat ut mihi videtur est sensus. Non debere eam vendi pecunia, aut alio quovis modo pro lucro dari, cum maritus noluerit, nempe servo vel amico, sed prorsus liberam dimitti, ut ipsa potius, ab eo libera nubat cui voluerit. In summa, ista quoque lex plane ad ea pertinet, quae ad duritiam cordis Iudaeorum indulsit Moses, ut Christus de libello repudii docet Matth. 19. Iniquum est enim uxorem sine culpa, & sola viri libidine dimitti, tamen permittitur duris & barbaris ea ingeniis, ne maius malum sequeretur. Pluralitas vero uxorum huic populo erat peculiaris cum exemplo patrum tum vere legis

10

Ritus autem ille, ut circumcidat ungues & deponat vestem captivitatis, scilicet lugeat uno mense patrem & matrem, statuitur, ut mitigetur asperitas facti, non pro quod gentilis ducatur in populo dei; ut hic velut lustrationibus sanctificetur & populo sancto inseratur, abluta gentilitate & regeneratione sua. Nova creatura semiuterum eorum facta, Oportet enim vulgus externis ceremoniis & praeceptis divini & casti, ad honestatem & reverentiam, cum sponsa non ducatur.

Tertio legem de duabus uxoribus & prole earum ponit, ut filio primogenituram servetur dicit pro suo affectu & amore filio dilecto qui primogenitus non est. Nam primogenitura nobilissimus & summus honor erat liberorum, qui non arbitrio hominis, sed communem respectum ad benedictionem coelesti obveniebat, ubi non est personarum respectus, ideo non debet transferri arbitrio humano aut pro libidine amantis vel amatae mutari, ut sit generalis quaedam huius legis. Quod deus dedit, homo non tollat. Satis dura haec lex fuit, tam in odium in adversam uxorem, quam gratiam in amatam uxorem coercens. Verum odium & gratiam ponere non est parum virtutis, imo impossibile naturae, ideo lege extinguitur & vi, quod malitia non valet nec potest.

Vides iterum hic pluralitatem uxorum lege permissam // & uxores/

Quarto legem de filiis inobedientibus morte plectendis, optimus & iustissimus legislator Moses, qui non tantum minora crimina morti adiudicat, sed etiam multo magis & maiora, inter homines, ut habent leges, ut homicidia & furta morte plectuntur, adulteria vero vix morte, porro filiorum inobedientiam & perditam vitam non puniunt morte, multo minus sacrilegia & impietatis ac blasphemias in patrem & dei verbum. Hic vero tam rigide praecepit

Moses filiorum rebellionem castigari, ut etiam parentes ip-
sos huius mortis iubeat (Deut. 21) primos autores, ut qui ipsi fi-
~~accusare~~, adducere ad iudicium, accusare et testificari de-
beant, contra filios proprios, tanti fuit deus obedientiam et re-
verentiam parentum, atque etiam eam legem et nos
intueremur, qua plus timoris et pudoris inferri et
efferatis mentibus monstraretur, qui tam insignis exem-
plo ;; tam proteruis moribus passim perit

Quinto et ultimo statuit, facinorosos morte mulcta-
tos in patibulo, deponi eo die et non permitti noctu
illa in patibulo, addit rationem, quia maledictio dei
est suspensus, ~~ut~~ [?] non contaminetur terra. Maledictio
dei est (inquit) " hic est, ~~apud deum~~ et coram deo et
a deo pro maledicto habetur, tum vero illud tandem ex ocu-
lis tollendum est, quod scias deo sic displicere, ut etiam
maledictum apud eum sit, ne si sic pendere sinas, in-
dicares delectari, ut maledictione dei, terra impleatur
et sic contaminetur. Hec omnia in odium homicidij
~~dicuntur~~ statuuntur, ut sciret et illos [?] de cadavere occiso in terra
inuento, ut absterreantur ab occidendo, adeo ut et illum
qui morte dignus ~~suspensus~~ fuerat, velut necessitate
legis coacti, ipsi vero inuiti occidant, et occisum ve-
lut abominabile spectaculum homicidij tollant, ne ipsi
spectati et tolerati cadaveris, adsuescat [?] et displiceat horror occiden-
di ~~et~~

Allegoria

Supra dictum est, occidere duplicem [?] est allegorice
aut enim occiditur pietas aut impietas. utraque est
spiritualis occisio, prior significatur per homicida [?] et ipsum [?]
posterior significatur, per iudicij gladium iudicantes
et poenam. Sic occiditur ~~ipse~~ male, qui verbo impie-
tatis alienatur a deo, et verbo vitae, occiditur vero

tiam, qui verbo spiritus in primam ponitur et terretur futura ira Dei, ut resipiscat et vivat, quod si nolit sic inferri, manebit utraque morte mortuus, tam in vanitate quam ira futura sub inspectionem, ~~[illegible]~~ quia Deus occidit, Nos vero spiritualiter occidimus dum terremus. Igitur vitulum cadaver significat ovem vel fratrem vel aliquem populum, quem invenimus falsa opinione infectum, ignoto auctore aut doctore. Hic

14. accurrere debent, ut quique sunt proximi, et timere vitium, pro conscientia pavidi, suspicionem accepi, metuentes, ne ~~nostra~~ ipsorum culpa factum sit, aut inter nos sit, qui fecerit, presertim seniores idest ministri verbi, et non serio agere pro tollendo illo scandalo, quam si ipsi hoc statuissent.

Tollant igitur vitulum de armento, qui non traxit iugum, hic est Christus in ~~[illegible]~~ carne sua, de nostro humano genere assumpta, tollatur autem secreto, idest predicetur et credatur. ~~Ergo~~ fuit autem nunquam sub iugo, idest fuit sine peccato, nulli debens legi, sed sua voluntate oblatus pro nobis. Ducant eam in vallem asperam et saxosam, quae nunquam arata est, nec sementem recepit, ~~[illegible]~~ et ibi cedant cervices eius, idest predicent eius passionem in mundo et pro mundo, qui sterilis, asper et ingratus Deo, nunquam auditor audivit aut accepit verbum Dei, sed iustitia et sapientia carnis tantum floruit. Tunc accedentibus Levitis seniores stent iuxta ~~[illegible]~~ occisum et lavent manus suas super vitulum et orent, ne eis imputetur sanguis ille. Hic est super Christum se predicatum et credentem innocentes fiunt et lavant et orent ignosci sibi hoc scandalum. Hic per Christum omnia ignoscuntur tam vera et cognita, quam ignota et formidata per suspecta peccata. Exemplum hinc colligere licet Post

"ministri verbi"

Paulus egregium tota Epistola ad Galatas, ubi cum merito auto-
re inveniretur occisum cadaver in agro &c., proximus acce-
rit, & facit quasi si sine rei agatur, Vide ibidem

Mulier captiva & in uxorem ducta, apud S. Hiero-
nym. Ecclesia gentium putatur, sic enim allegorias Iudaeorum ali-
quando exstiterunt, Nos dicimus allegorias ad fidem de-
bere accommodari; Igitur Mulier illa vel Synagoga
vel gentilis Ecclesia est, Nos Synagogam facimus, Quae formo-
sa fuit illis dotibus, quas Ro. 9. Paulus numerat dicens
Quorum est legislatio & testamentum, gloria, patres &c.
& cum capta amori & coniugio, idest verbo Christi audien-
do. Caesaries, sacerdotium splendidum fuit, hoc abra-
sum & abrogatum est. Vestis captiva, externa illa iustitia
operis quae deponenda fuit, ut iustitia vera eius ~~[illegible]~~ indui-
tur, respondens pro operibus, quae prius lucra erant, Ungues
quae praecidit, hoc est asperitatem legis lacerantem conscien-
tias quae omittit. deinde lugeat patrem & matrem, idest,
sic agnoscat & confiteatur peccatum est originale & natura-
le, quod iustitia legis tolli non posset, sed potius augeri,
et sic [illegible] idest verbum dei concipiat & credat
fitque uxor Christi

Videmus de Synagoga allegoriam constat pro parte ma-
xime nos est [illegible] de tota legem per synecdochen
cum partem solam tangat, Tum sequitur de reliqua parte quae
repudiatur, sed eadem est mulier, quae assumitur & repudiatur,
Quia idem est populus partim assumptus partim relictus.
Si ergo displicuerit mulier postea i. in hac parte incre-
dulitatis eam liberam, idest Christus relinquit incircum-
cisionem legi [illegible] eos [illegible], nec ulli magistro alteri
tradens, sed ut eat libere. Sic [illegible] sua discedens
& abeat ~~[illegible]~~ cum magistro vult, sicut Esaiae 5.

10

A

~~praedicta veram formam sit descripturus~~, potius eam hoc
d. 1. allegoriam generaliter trahere, ad omnes haereticos, ~~ex~~
quibus aliqui verbo respondentur, qui conversionem redeunt
nugaces praecedunt & omnes illos nostros priores dam-
nant & peiores se agnoscunt, rursum aliqui re-
quiruntur induratis sese sistunt illa & nimia

Duae uxores unius viri, duplex, bona est ex Iudaeis
& gentibus, Synagoga odiosa, quia occidit prophetas
& crucifixit Christum et Gentilis amata, quia cum
gaudio suscepit verbum Tamen Synagoga primoge-
nitum habet, Quia ex ipsa venit Christus, Apostoli,
verbum, & non ex gentibus, Salus enim ex Iudaeis
Joh. 4. Ideo non sunt contemnendi, nec hodie Iudaei,
quod ex ipsis, non ex nobis venerit omnis gratia. ut Paulus
facit Ro. 9. primi enim fuerunt christiani & illis
promissa, & credita eloquia dei

Filius rebellis & potator, est doctor in Ecclesia
primo per verbum genitus, postea doctrinas & somnia
hominum potans, & pertinaciter inhaerens, is iudicio
2. Ecclesiae accusandus & commonendus, & lapidandus idest
duris scripturae dictis occidendus .i. suspendendus, ut [illegible]
Quod si nolit mutare, dura sententia mortis & ira
dei intentanda, ut sic occidatur & vivat

Suspensus propter flagitium, & dependendus propter
maledictionem dei ne contaminetur terra, significat im-
p. ver- pium ~~[illegible]~~ damnatum // & non resipiscentem. Pror-
bum sus est tollendum & [illegible] maledictum deo, ~~ex lo~~
segregandum & pro anathemate habendum, ne si tolera-
tur in medio nostrum, inficiat & perdat plurimos ex
nobis. iuxta illud .1. Cor. 5. Auferte malum ex vobis.
Quia modicum fermentum corrumpit totam massam

Sed quod ad Paulum dicimus, qui Gal. 3. de Christo hunc locum intelligit dicens. Christus pro nobis factus est maledictum, Scriptum est enim, Maledictus omnis qui pendet in ligno, Sic e regione Hieron. eodem loco, dicens Mosen legem disputat de facinoroso suspenso. Christus autem nullum peccatum fecerat. Sed non videt quod Paulus simplicissime loquitur, & Mosen generaliter loquutum, recte & ad literam sine allegoria de Christo intellexit, Si enim omnis suspensus maledictus est deo, ut Moses dicit, ergo & Christus maledictum est dei. Et si omnis ~~facinorosus suspendi debet~~, suspensus, facinorosus est, ergo & Christus facinorosus est, proinde non hoc ~~quaerendum~~ disputandum fuit, quomodo Christus fuerit sine peccato, sed quomodo peccatum habuerit. Item non disputandum, quomodo benedictus & ~~in lege~~ huic suspensioni non subiectus, sed quomodo fuerit aut esse potuerit subiectum.

Hic ~~uno~~ verbo Paulus totam difficultatem absolvit dicens Pro nobis factus est maledictum, pro nobis inquit, non pro se, quo verbo palam docet, dupliciter aliquem habere peccatum & suspensionem maledictionem dei, ferre. Aliquando, pro se & proprio peccato, quales sunt omnes alii; Aliquando pro aliis & alieno peccato, qualis est solus & unus Christus, qui dicit Ps. ~~35~~. 68. Improperia improperantium tibi ceciderunt super me. Et Esa. 53. peccata nostra ipse portavit, Et iterum, Propter peccata populi mei percussi eum. Et dominus voluit eum conterere propter peccata nostra &c. Sive ergo quis pro se sive pro alio suspendatur, manet simplex legis intelligentia, Quod omnis suspensus pro peccato, sit maledictum deo, Ubi Christus peccatum nostrum portavit, pro nobis vere factus est maledictum, sicut textus ad literam sonat. Quemadmodum

dum & circumcisus & toti legi subiectus est propter nos, cum pro se liber esset ab omni lege. Sic peccatum factus est, qui tamen peccatum non novit, ut essemus iustitia dei in illo. 2. Cor. 5. Sic maledictum factus est, qui maledictum non novit, ut essemus nos benedictio dei in illo.

Tolli vero de ligno hoc maledictum dei, ut contumeliosum// est predicare & credere Evangelium crucis. Sed quod crux sit gloria, et mors vita, peccatum iustitia, maledictio benedictio, perditio salus. Sic ut Paulus ait. Gloriari in cruce domini nostri, ut mundus sit nobis crucifixus & nos mundo. # Aliquin, nisi hec predicetur & credatur, nihil foedius, nihil abominabilius est quam crux & mors. Et polluitur hac opinione & scandalo crucis universa terra, quia in mundis nihil mundum, immundis omnia munda sunt, Item per verbum, illud sane verbo contingit.

// terra

textu illud verbi qui glorificant polluuntur //

Cap. XXII.

Cum videris bovem aut ovem fratris tui errantem, non preteribis

Hactenus fere charitatem docuit quatenus pertinet ad preceptum quartum & quintum, scilicet de parentum obedientia & homicidio vitando, quo laeditur persona proximi; Nunc pergit ad reliqua, ut charitatem doceat exhibere proximo in rebus & bonis externis, & tractat preceptum sextum & septimum, in quibus adulterium & furtum prohibetur, castitas vero & benevolentia mandatur, que sunt charitatis & fructus fidei Gal. 5. Sunt autem varia legis in hoc cap. exercende benevolentiae & castitatis.

Primo rem proximi perditam, sive sit bos errans, sive vestis aut alia res amissa, iubet suscipi, custodiri, & reddi ac non negligendam, quasi alienam, sed curandam sunt

+

proprium, hic si perdidisset asinum frater suus, uideret quomodo, tam(en) ipse sumptus sit, sustinere debet. Quo praecepto etiam mediocris [illegible] teri, quod paulus Philipp. 2. Considerantes quae aliorum sunt Quod utique proprium est charitatis. 1. Cor. 13. Charitas non quaerit quae sua sunt, Nisi quod Euangelium legem plenius explanans hoc etiam inimicis fieri doceat. Ubi Moses rudi populo legis inimicos odi permittat.

Secundo, Mulier non gerat arma viri, nec vir utatur veste feminina, Hic non prohibetur, quin ad vitandum periculum, vel ad ludendum ioco, vel ad fallendum hostes, mulier possit gerere arma viri, aut vir uti veste muliebri, sed ne studio et affectu habitum et morem talem non sumant, ut servetur debita honestas et dignitas utriusque sexus, cum turpe sit, virum muliebriter vestiri, et magis nimium ut mulier arma virilia gestet. Videtur autem hac lege taxare aliquam gentem, in qua is mos habebatur, sicut ferme de Aegyptiis scribunt historici autores. Quod virilia officia mulieres, et muliebria viri exercerent. Mulieres negotiantur, et alunt viros. Viri domi sedent et multa similia perverso et contrario aliorum populorum more, ut legem hanc generaliter oporteat intelligere, scilicet ut mulier muliebria, vir virilia curet. Quod si pervertatur, tam turpe sit, ac si perverso rerum ordine, mulier gestet arma viri, et vir veste muliebri induatur. A quorum populorum moribus deus suum populum vult alienum esse. ut quos abominetur.

Tertio Iumento pro matre nido et matrem incubantem est dimittendam, captis pullis. Ista lex quod aliud docet, quam ut et in bestiis benevole tractandis, discant mansuetudinem et benevolentiam, aliquam [illegible] ut qui de re adeo utili non solum [illegible], sed et felicitatem et longam uitam promissionibus promittat deus, ut bene tibi et longo [illegible] [illegible] et [illegible]

B +

li & videtur proverbiali figura ad commendandum omnem [illegible] usum proximorum, sicut nos germanice dicimus. [illegible] voluntariam non esse nimis fatigandum, sed utendum amicis & proximis, ut aliquid eis reliqui faciamus, quo & alio tempore & loco eis uti liceat. Id proverbio liberius sic, pullos capias matrem esse dimittendam, ut bene haberet, alioqui exhaustis prorsus amicis, nullos habere tandem necesse est, ut sit haec lex adversus eos ~~posita~~ qui benevolentiam & charitatem libenter quidem ~~ab aliis~~ erga se ~~[illegible]~~ patiuntur, ipsi vero nullam exhibent, quasi hoc voluerit Dominus. Sicut illis semper largientibus nulla sit remissio, his vero accipientibus, nulla satietas. & illorum labore istorum ocia alantur; quod est iniquissimum in sociali vita

videtur eo [illegible] primo loco posita

d 9

Quarto aedificata domo murus in tecto per ambitum fieri debet, ne quis inde lapsus, reatum sanguinis fac dominum inducat. Loquitur pro more gentis, quae domos sic aedificabat, ut tecta essent desuper plana videlicet plateae [illegible] strata, unde & in Evangelio ~~propter~~ paralyticum ~~[illegible]~~ per tegulas demissum legimus. & super tectis praedicandum Evangelium dicit Christus. Ubi [illegible] commendabatur, ambulabatur & edebatur, sicut apud nos in vestibulis. Est potest & haec proverbialis & generalis lex, sic ~~[illegible]~~ aedificandum esse in ~~[illegible]~~ publico & sic conversandum, ne alteri sis periculo, incommodo aut damno. sed potius praesidio & commodo, nec alterius malo tuum quaeras bonum, sicut dicitur, privata studia subverterunt civitates & regna

societate

d 10

Quinto ne seratur vinea diverso semine, nec aretur simul bove & asino, nec veste lana & lino mixtim contexta quis utatur. Ista lex ad literam potest rationem honestatis spectare. Sed & ipsam arbitror proverbialem & generalem esse doctrinam, qua docetur [illegible]

d 12

// simpliciores, candidi;

ut sint concordes unanimes, sine fucis et pertinacis
studiis. Verum enim in sectam diversa, dissolvitur ut Evan-
gelium docet. Et concordia res parvae crescunt, discordia
res maximae dilabuntur, // Iudei enim unitatem gratiae et
unum unitatem fingunt gentes dei. Addit vero
vineam prohiberi diversi seminis scz. ne sanctificetur plenitudo
tua, ~~...~~ semen aliud diversum sit, cum fructu vineae
plenitudinem vocat ~~...~~ fructuum aridiorum. Sicut
lachrymam fructuum liquidiorum Exo 23 plenitudi-
nem & lachrymam tuam non tardabis offerre. Deus
igitur, qui simplicitatem & candorem amat, non vult
primicias aut decimas diversi seminis sibi offerri, ita
& cives suos vult simplices & candidos ~~ac~~ unanimes esse
fide & moribus, ut crescant in bona Republica, & ne scis-
sa reddantur, & inaequalia fiant omnia

Sexto fimbriolas in fimbriis per quattuor angulos
pallii fieri iubet. Hoc erat usitatum Iudeis insigne
gestamentum, quo ab aliis populis ceu tessera & nota dis-
cernuntur. Non quod hoc solum spectetur a legislato-
re, sed ut sit symbolum confessionis, qua confitebantur
se esse populum dei, & inde occasio fieret, ut odio
haberentur & persecutionem paterentur, ut cives suos deus
hac provocatione legis ad patientiam formet ~~...~~ & talibus
sanctis exercitationibus robustiores & magis concordes &
unanimes fierent. Hic de benevolentia & charitate
erga proximos in rebus corporalibus. vetito praecepto septimo
Ne furtum facias, Nunc de castitate agit vetito prae-
cepto sexto. Nec curat ordinem praeceptorum Moses
hic respective, sic superiori, primus de homicidio cap de paren-
tum rebellione dixit, Quia in re publica, non fiunt ~~...~~ ut contingunt
ordine, / qui alius scribi possunt ordine, quod et Moses

solverunt negligentia iste ordinis praeceptorum

A 12

Septimo de uxore non inventa virgine, ~~vere vel~~ a marito & ab ipso vel vere vel odio ~~[illegible]~~ diffamata ut dicertum est, quis fuerit ritus explorandi aut probandi virginitatis publice, Nam privatim in primo concubitu experiri posse, an sit corrupta vel incorrupta, vero fere omnes consentire, quod primus concubitus sit amarus & asperi dum virginale claustrum violatur, & vestigium relinquat ex sanguine laesi claustri in panno. Quapropter & hoc Augustinus incertum faciat, qui illud ipsum claustrum aliquando violari dicit a matronis vel ipsis per manus diligenter explorantibus. Sed quaerimus id est certum, quomodo publice probabatur, An vir allegabat, nec dicebat, se ipsum, fuisse concubitum? Quid si mulier negat? An sanguinem reliquum in veste ostendet? Quis ista pudenda ferat in iudicio publico ostendi? potius [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible]

A 13

Ut illis coniectamus, quod pater & mater puellae, dum filiam tradunt, primo per honestas matronas virginitatem illius explorant, quae postea testes sunt in iudicio fuisse eam virginem, & hoc sit, quod hic Moses dicit patrem expandere vestimentum. Ubi dixerit, ecce hec est virginitas filiae meae, idest per has matronas ostendo eam fuisse virginem, in signum cuius expando vestimentum, quia expansio significat rem esse apertam & probatam, sicut mos fuit apud priscos, excutere vestimenta dum minarentur, ut Hebraeus facit [illegible]. & scindere vestimentum, dum irascebantur, ita expandere vestimentum, dum rem claram & expressam faciunt. Quis & hic mos praetendendi sponsae ante nuptias per matronas, satis pudendus sit. Sed cum aliud non habeamus, interim hoc admittamus

Pertinet et hic lex ad generalem usum adversus criminatores et diffamatores, Quod malum videt, cum graviter punitur, Primo quod castigatur, nempe plagis illis quadraginta una minus. Deinde centum siclis argenti mulctatur, dandis patri puellae, Tandem et eam ipsam, sic odio habitam et a seipso diffamatam cogitur retinere perpetuo in uxorem, cum ille, qui puellam simpliciter stupraverat, tantum quinquaginta siclos det patri puellae et eam retineat, ut infra dicit. Porro ipsam uxorem non inventam virginem lapidibus obruunt, Quo argumento intelligitur, hanc legem loqui de sponsa fornicante, quod verum adulterium est, Nam puella simpliciter fornicans, datur suo stupratori in uxorem, ut dixi, Vel si de sponsa non intelligitur, fornicatio puellae sic rigide punitur, quod cum alterius sponsa fornicata sit, et futurum maritum fefellerit, et per domum patris sui dehonestaverit, puella autem stupratori suo donanda intelligitur de ea, quae per vim oppressa est. Sed hoc magis credo.

Statuit triplex genus adulterii, Primum si vir cum alterius uxore concubuerit, hi morientur ambo. Secundum si quis cum sponsa alterius concubuerit, sed in civitate et hi ambo morientur. Civitas hic intelligitur omnis locus, ubi puella potuit clamare sese iuvari, et non fecit, ut si in sylva vel agro fuerit, et prope esset viatores qui sese audiant. Civitas enim exempli vice hic ponitur, quod in ea sit hominum parata praesentia. Quia ergo non clamat, significat se voluntate sua stuprari. Tertium si quis cum sponsa alterius concubuerit, sed in agro, hic solus adulter moritur. Et ager hic quoque exempli vice ponitur, ut intelligatur omnis locus ubi solitariam puellam solus

vel mobili,
clamore consulere non potuit, nisi in domo vel atrio ipsam apprehenderit, sicut Amnon sororem suam Thamar violatam dicitur in lecto sponsam alienam. Et sicut de gladio rogat non clamare, Haec certe in agro non est, et tamen praesumptio stuprata est, clamaret sed non audit, timore mortis. adeo clamasse interpretatur aequitate legis. sicut textus habet

Ultima lex est, qui puellam non sponsam oppresserit, patri illius dabit quinquaginta siclos et ipsam uxorem habebit. Exo. 22. hos quinquaginta siclos dotem virginum dandam appellat, quia hic loco de sicut tot siclos, ~~siclos~~ qui faciunt nostro numismate fere ~~[illegible]~~ duodecim aureos. nam siclus quartale aurei est / Addit autem etiam, habendam quidem pro uxore, si pater puellae voluerit, si non voluerit, nihilominus dotem eius modi reddet, Utinam ista quoque lex apud nos in exemplum traheretur, propter nostrum illum stuprum mulierum

d 16

Allegoria

Res fratris errans vel amissa restituenda et curanda velut propria, significant nos ea quae Christi sunt, quaerere debere, sicut et ipse facit, Sive sit asinus, id est tardus, difficilis et infirmus fide vel moribus, sive ~~vel mentem id est~~ quaelibet alia res, ut sunt errores et defectus in verbo, exhortatione, conversatione,

Mulier non portet arma viri, nec vir veste muliebri, dum fides non permiscetur operibus, id est, dum operibus non tribuitur quod fidei debetur et contra. ut illi heremitarum fraternitatibus professi, qui ~~operibus~~ fidunt ~~[illegible]~~ hominibus & magistris, quibus tantum servire oportet operibus charitatis quod non fiunt

viri sint Deo qui debent fidere ~~in verbo eius~~, operibus, serviant
& non fidant verbo eius. Utrumque autem abominabile est,
Quia homini non debet credi sed serviri opere, Deo autem de-
bet credi, non serviri opere. Hic masculus fit mulier, dum
creditur hominibus. Mulier fit masculus, dum operibus ser-
vitur Deo de quo alias.

Avis mater dimittitur & pulli capiuntur, ~~dum~~
per eam, idest synagoga relinquitur, quae fecit per le-
gem habet Apostolos & primos credentes, quos Christus
assumpsit in hanc vitam ad usum verbi sui interpretes.

Domus aedificata muro in circuitu tecti ~~in circuitu~~
~~tecti~~ Ecclesia Christi est, quam sic [verbo] munit, ne illi periculo aut scan-
dalo sit ad perditionem animae, sed tuta & secura ad omnem
usum.

Non seritur vineam mixto semine, idest, non fit [est]
simul doctrina fidei & operum in Ecclesia. Ita nec arator
simul bove & asino, idest, non est in Ecclesia Magister
simul fidei & operum sed sinceris & fidelis minister
in veritate. Ita nec veste lana linoque mixta utimur
dum sic munimur, ut fides sit vita nostra, non opera
hypocrisis. Quia conscientia simul non capit, ut fide
vivat & opere, licet opera foris usui & externae ho-
minis necessarium sit. Separetur ergo semen diversum,
asinus, bovinus seorsum in suum agrum, & non misce-
atur, idest, doceatur, credatur, vivatur sic, ut conscien-
tia sola fides sine opere regat, corpus opus sine fide pre-
mat, ut sit spiritus intus in corde & libertas. Lex
vero & magna opera foris in corpore, ne libertas sit cor-
pori, sed servitus. libertas sit spiritui, non servitus, nec
utrumque aut servitus aut libertas

chiromili in quattuor angulos pallij, significat confessio-
nem fidei in externa conversatione per totum orbem ter-
rarum, in quattuor partes mundi spargendam. Quo signo
representatur Christianus, & sunt stultitia gentibus &
scandalum Iudeis,

Adultera semper significat animam fornicantem
a Christo, deserto verbo, opibus fidei. ubi arcetur
verbo spiritus, tum ipsa, & vir eius, idest, magister ei-
orum ferro lex alia voluntate lapidantur cum sint
in civitate, vox clamant, hec sunt, qui fastidito verbo
ad fabulas conversi, ubi sibi accersunt magistros prurien-tium
~~[illegible]~~ aures eorum ad nova audienda. nec
prostitutis fideles consulunt, ut liberentur. Alie sunt
que in agro sole lapidantur invite, hec potius non adul-
tere sunt, quales sunt, que intus integre fidei, foris
coguntur audire magistros impios & inter malos vivere
ut Lot in Sodomis & ~~[illegible]~~ pii sub impiis tyrannis

Virgo vero non sponsa est Synagoga vel alia que-
libet congregatio sine verbo, speciosa tamen & religiosa
in sua iustitia, Huius virginitatem violat Christus
verbo suo & retinet in uxorem, si volet pater idest si desierit
traditiones suas paternas & desistatur, sin aut non desierit
dat ei dotem, idest temporalia commoda, pro iniuria illa
& inutili verbo, Nam deflorem virginem accipere opor-
tet, si allegoria debet subsistere, Virginem fidei &
gratie, Virginem legis & operum, utraque sua religio-
ne casta & sancta est, huius sponsus Christus gratum
est, illius sponsum adulterinum & mortale est.

Sic vir ille qui uxorem diffamat non est virgi-
neum Christus est, cum Synagoge virginitatem [illegible]
// opibus religiosam

C 4

per Evangelium, non est integram fide, sed parentes ei fortiter resistentes, significant pugnam illam, qua iustitia operum speciosis praestigiis & expensis instrumentis defenditur. Et christus ~~[illegible]~~ castigatur plagis .i. blasphemiis & maledicitur, tandem eam retinere cogitur, quia oportet hypocritas in regno suo esse speciosos, quos alat & magistros coronae sub nomine suo // Si, aut communiter ista ~~[illegible]~~ non est vera fides, occiditur, ubi verbo dei interficitur et manet in spiritu, amissa gloria argumentorum legalis

Cap. XXIII

[N]on accipiet ullus uxorem patris sui &c. Perstat Moses in docendo Charitatis praecepto, & adhuc urget sextum & septimum praeceptum de castitate & ~~lascivitate~~ [pare & ~~honestate~~] usque ad XXVij. Capitulum Leuitici .18. numerantur illegitimae & prohibitae ad matrimonium, hic una tantum nominatur, nempe Nouerca, quae non est ducenda, ~~[illegible]~~ patre mortuo, multo minus vivo. Quo significatur multo minus esse ducendas propinquiores sanguine, ut soror, filia, amita &c. Et tamen credo non raro fuisse dispensatum in secundo gradu, cum non tantus sit rigor legis in multis aliis quam locis. Verisimile est autem illum Corinthium, quem Paulus 1. Cor. 5 damnat, cum libertatem a lege Mosi doceri audisset, fuisse abusum ea libertate, & contra hanc legem duxisse uxorem patris sui. Unde & Paulus dicit non tam [illegible]git, quod contra legem egerit, sed contra naturam, dicens fornicationem talem esse, qualis nec apud gentes sit, quae naturae lege ducuntur, quia natura docet & abhorret ab ~~hoc~~ eo coniugio, ut frustra obiicere quis praesumat libertatem a lege

[margin: varijs legibus]

c. 6

Secundo Eunuchus, excisis aut fractis testibus non intret in Eccl[esi]am Domini, Hic non de loco Ecclesiastico, sed de ipsa congregatione loquitur. Et manere vel intrare in Eccl[esi]a aliud est, quam esse vel manere in congregatione, Quomodo enim ab auditu legis & cultu dei arcerentur, qui impotentes sunt ad generandum? cum lex omnibus generaliter data sit, qui de semine sunt Israel, & nec gentes ab a lege & cultu dei excludit, imo hos proselytos vocant. & toties mandatur cura de peregrinis, || Est igitur intrare, in Ecclesia(m), aliquo officio aut publico magistratu fungi || Sic & Christus Joh. x. intrantes in ovile pastores vocat .i. magistros inspectores. Erant igitur in ipsa congregatione eunuchi, sed non gerant magistratus, ob vitium hoc corporis, ne vilesceret & opprobrio sit effeminatio. Deinde quod & tales fere, effeminato quoque animo sunt & muliebres. Magistratus autem virum requirit in bene sic republica barent? Hoc est. Magistratus ostendit virum.

Tertio Mamzer id est de scorto natus, non ingrediatur in Ecclesiam, id est non sit idoneus, qui gerat officium vel magistratum, ob ~~[illegible]~~ despectum & ignominiam originis & nativitatis, etiam post decimam generationem id est in perpetuum, Quam & hoc res deberet in hac nostra republica. Deinde, quod proverbium est, Mamzer raro est bonos viros. & aliquod[t] insignis nostri alere Ita lex servatur & apud multas gentes, praesertim in muniscipiis quibusdam, ut etiam artificiis non admittant forte, ipsi alias eorum ingenium. Deinde par est, hos iusti & legitime natos, in pompa, & locum, mensa, plus honoris habere; quam spurios, ~~de coniugio nihil~~ pro ~~[illegible]~~ sitpromum ~~[illegible]~~ ut coniugium nihil praestet stupro, & honor indignis datus, liberatum praestat, stupra ~~[illegible]~~ parendum & coniugia despicere

non tam di(citur) est in Eccl[esi]a sed in Eccl[esi]am intrare ||

Quarto ~~etiam~~ Ammonitae & Moabitae non ingrediantur
in Ecclesiam, etiam post decimam generationem idest perpetuo.
His gentibus non obijcitur vitium corporis aut natalitiis
bus, sed ingratitudo & odium ~~eorum~~ in filios Israel, quod
non solum non occurrerant eis cum aqua & pane, in
via &c. sed quod etiam pretio perdi eos optarunt, dum
per Balaam eos maledici petierunt, Quo ostenderunt, c 8
gentile & immortale odium, quo inimici erant eorum,
sicut & postea historiae testantur ~~& Moabitae prophetae~~.
Constituere autem eos ducem aut magistratum, quem
sciat naturali odio hunc quaerere perditionem, non modo
inhonestum & ineptum, sed stultum & temerarium
est. Verum coniugia contrahere & alios contractus &
commercia cum eis habere, hic non prohibetur. Nam &
Ruth Moabitis mulier erat, sancta & pia. Nam de
masculis hic dicit, non de mulieribus, ut credam nec
Mancipia; filium aut nepotem, sicut nec Eunuchi adoptatum
vel ante eunuchatum genitum filium, prohibitum ei.

Non facies, inquit, cum eis pacem, nec quaeras eis bona,
cunctis diebus vitae tuae in sempiternum. Quid hoc? an
prohibet benefacere vel miseris vel hostibus vel peregrinis
de illis gentibus? Nonne David regem Ammonitarum etiam
non consolatus est? Nonne pacem cum patre illius habuit?
Respondeo, ad materiam subiectam, de qua in praesentia
loquitur legislator, respiciendum est. Loquitur autem, de c 9
hostibus illis odio gentili & immortali ardentibus, non
constituendis in magistratu, talibus (inquam) ardentibus
& male volentibus, cum odia eorum dissimulantur &
in magistratus assumuntur, prohibetur pax publica, & bonum publicum
exhiberi, ne natio ipsa superior aliquando fiat & dominetur.
Verum privata beneficia in privatas personas conferri
non prohibet, imo praecipit

Quinto Idumaeos & Aegyptios post tertiam generationem admitti iubet ingredi in Ecclesiam Domini, Quia (inquit) Idumaeus frater tuus est. Et Aegyptius hospes tuus fuit, quare etsi regem ex ipsis accipere non queas, magistratus tamen & praefecturas illis committere poteris, sed iis tantum, qui post tertiam generationem nati fuerint: ut iam plane in sanguinem Israeliticum degeneraverint. Hanc ~~nunc~~ tertiam generationem autem numerari oportet a tempore quo ad Iudaismum conversi & proselyti facti fuerint, alioqui quae quando esset alias tertia generatio. Et sic videtur non negari coniugia Ammonitis & Moabitis & Ministratus in Israel, cum dicat, ne post decimam quidem generationem, si eque postquam proselyti facti fuerint, liceret in Ecclesiam ingredi, quae generationis nulla esset, nisi interdicta essent coniugia & proselyti fieri essent.

c p

Sexto Egressos castra adversus hostes, iubet cavere ab omni re mala. Obscura sententia, primo sic intelligi potest, ut pugnaturi adversus hostes, primum videant, ut & ipsi boni & sine culpa sint, ne trabem in oculo habentes, & festucam ex alieno extrahere studentes, iusto iudicio pereant, sicut contigit illis cum Philistinis & cum Gabaonitis Iud. 17. & alias. quare cum promissio illa magnifica cap. xx. qua se adiutorem illis in bello promittit, sic stricte fieri debet, ut intelligamus si malos esse posse patent, aut Deus cum malis esse velit, aut indignum Dei tradere, cum eadem faciunt, quae iudicant & oppugnant ~~[illegible]~~. Secundo sic: pugnaturus observa, ne malam habeas causam, sed bonam & iustam, neque enim promissio Dei, etiam ad malos & temere quaesitas causas belli, sese extendit. Cum Deo se pro eis pugnaturum esse.

1. R. 5.

~~Septimo~~ Verum sequens textus ~~[illegible]~~ videtur cogere, ut

intelligatur de religione [quadam] militari, et reverentia castrensi in bello, ubi ipse exponit quae sit res ista mala, primo scilicet nocturno pollutus sit, ~~fere ut~~ ut exeat castra et occidente sole lotus redeat, Secundo, ut pro ventre levando ~~[illegible]~~ castra exeant et honeste sese habeant, propter reverentiam praesentiae dei in medio castrorum, ne si haec contemnunt, ~~[illegible]~~ et irreverentes sunt, deus non tradat eis hostes, sed potius ipsos hostibus. Haec est igitur malum, quod cavere debent pugnaturi.

Porro et alias planae sunt istae duae res, imo naturales, Cur ergo sic ea urget et magnificat? Optima et iustissima ratione, Nam bellum res est turbulentissima, ubi nihil minus quam leges aut ullius honesti ratio, Ubi enim milites, etiam bestiis sunt ferociores, licentiores, magis indomiti, impudentiores et inverecundiores tum factis quam verbis. c 12
Nihil enim ibi non licet, quod libet, si mores et honestatem spectes. Vult ergo dominus suum populum, summa reverentia, summa honestate, summa verecundia bellum gerere. Ideo haec parva et naturalia statuit, ut horum usu et exemplo, multo magis caveant et abhorreant a factis et verbis, voluntariis et maioris inverecundiae impudentiae et licentiae, in aliis rebus non necessariis ac vel non naturalibus. Qui enim pollutus nocte reveretur dominum et exit castra, quomodo is maneret, si conscientia fornicationis, furti, maledicti aut alterius peccati laboraret? Et qui naturalem egestionem tanta reverentia etiam extra castra abscondit, quomodo hic aliquid impudenter in castris vel facere vel dicere auderet. Ad timorem Dei igitur ista lege populum pellit in gerendo bello, ne ~~de~~ praesumptione et impudentia pereat, cum timore in fide dei

quaerat.

Septimo, ut servum ~~dominum~~ tradant fugitivum domino suo, sed secum habitare sinant, ubi illi placuerit, neque ~~[illegible]~~ [illegible], obscura & haec est, Neque enim licet rem alterius retinere, servus vero res est proximi, sicut bos & asinus, quae etiam inventa reddi debet; Sed legi ergo oportet, de domino saevo, qui ad mortem quaerat servum, Nam utrumque sonat, quod tradi eum prohibet, tradi autem in manus alterius, fere ad mortem tradi sonat. Vult ergo servis vitam servari, & pro vita servanda, licere fugere & liberum fieri, cum etiam pro oculo excusso libertas donanda sit Exo 22. Sic etiam decet bonam rem publicam & servos de vita & necem punire

C 13

Et alumno minus per multi ut Deum inf omnium licent in re publica bene instituta

Octavo, non sit ~~meretrix~~ scortator e filiabus Israel, neque scortator e filiis Israel, de lenonibus & lenis loquitur, ~~& [illegible]~~ manifestis & impudentibus scortis, qui aluntur meretricio, Nam & haec publica inverecundia & licentia multorum non decet rem publicam bene institutam, quam oportet honestis coniugiis & prole celebri augere. Concedit ergo Moses scorta de aliis gentibus? Sic videtur textus innuere

C 14

Nono, non offeres, neque mercedem meretricis, neque pretium canis, Mira lex, sed priorsum pars, de mercede meretricis facile intelligitur adeo poni, ut publica inverecundia detestetur, Nam adeo deus respuit lenocinium, ut & omnia, quae peccato & iniquitate parta sunt, non velit venerari sibi, adeo illud non est conferendum ad domum domini, sive pro ~~[illegible]~~, sive pro structura, quod utilitatem & opus minus aut turpitudinem habet annexam, ut deus qui utilitatem qui cum utilibus & turpibus sese sibi patiatur, sic

facile solet vulgus contemnere eos, quos contemptibilibus videt delectari; Vult enim suo ritu vulgus lenia quadam rapi et teneri, in timore et reverentia. Atque hec est ratio cur et premia, quo ceremoniis emitur, non sit afferenda, quam enim vilissimum animal in scripturis habetur, ut etiam proverbiis firmat, sicut est Abner. Num ne ergo caput canis.[^] Oz nihil vilius potest allegare, Qui ergo precio canis honorat deum, despicit et vilem habet deum, ac si precium scorti offerret, Que signa ostendunt talem esse opinionem cordis de deo.
Possunt hec omnia dicta hodiernis ad illa superiora pertinere, ubi commendatum maiorum [illegible] est dictum scilicet quod reverentia castrensis in hoc regimentum et usu exemplorum hominum [illegible] et aliorum rerum, generaliter omnes turpes et viles meretrices et premium vilis ~~prostitutionis offerri~~; abominabiles videre populo. Prohibentur enim levia et minora, ut magis prohibita intelligantur grandia et graviora, Cum enim precium canis aut premium scorti non audet offerre, ~~quod non sunt pecc~~ quorum alterum sine peccato, alterum in peccato, sed sine iniuria, partum est, quo modo is deum sic vilipenderet, ut auderet offerre, quod furto, rapina, dolo, fraude, iniquitate peperit?

Decimus. Non est fenerandum fratri, sed alienis. De hac lege supra satis dictum est, ubi promissiones de usura facienda tractavimus. [Ex quo facile patebit, quomodo Iudei haberent usuram in fratres et alienos, non suo merito aut iure, sed dei voluntate, quo

c 16

Undecimus. Votum reddendum esse statuit, alias quam sit peccatum reputabitur. De votis alicunde aliqua diximus, Nunc breviter dicemus. Deo inquit debere

voto: ut promissum et reddendum sit. Primum, ut non sit adversus pietatem vel ne sit malum votum. De malis enim promissis non oportet servare fidem, Ut si voveas opus bonum, ut hoc iustificeris et peccata extinguas, impium et malum votum est, quia contra fidem dei, quae sola iustificat et peccata tollit, Talia sunt

Ro. 1.

vota religiosorum hodie in toto orbe, Si vero tale quod voveris ad gloriam dei solum et libere, vel ad commodum proximi, hoc promissum et reddendum est. Secundum si facias votum de rebus non tuis vel alias impossibile, ut si voveas regnum dare Caesari, cum tuum sit minime, aut solem obscurare, Tale est votum castitatis, Quia castitas in nullius manu est sed solius dei, Non ergo voveri potest castitas, nisi antea

f 1

habeas eam. Sed nunquam habeo, ubi hoc votum nihil est atque si voveas te non velle esse coniugem aut mulierem proximi.

Ingredieris in vineam et segetem comedere potes fructus, sed exportare nihil inde licet, Civilis haec videtur lex est, significans alterum alteri commodare et usui esse debere, velut amicorum omnia communia [illegible] dicere, hoc tamen, ut alter non gravetur, aut

q

quae sua sunt, alius sibi usurpet et rapiat.

Allegoria. Uxorem patris non accipere est synagogam et veterem Adamum, qui nos lege et operibus coercuit, relinquere et non repellere illi verbo amplius. Id quod Christus fecit et nos post eum. Quia non patitur fides, ut iustitia operum maneat et sibi reputetur. Habent aut patrem nostrum i. legem, quam Paulus Ro. 7. maritum appellat &c.

fornicatus vel exectis vel contritis testiculis, est ~~doctor~~
~~in Eccl~~ qui scripturae sanctae nullam notitiam aut
lectionem & attento studio opera/contextum, is non debet
poni in verbi ministerio, cum oporteat habere testimonia (ut qui sit unus)
los, legem & prophetas, qui testificantur, ut Ioannis
fidei, (Ro. 3.) ut sit patens in scripturis sanctis etc.

Mamzer multo peior, de scorto natus, qui plane
traditionibus prophanis hominum & opinionibus carnis
imbutus est, is multo minus ad ministerium verbi
[illegible], Quod vero tales sunt Episcopi, nihil minus
& ministros toto orbe, non tantum Germaniae.

Moabitae & Ammonitae propter allegoriam dicti sunt
& post eos haeretici, ~~illi~~ utraque enim gente fratres sunt
cum terrerent, & qui exierunt (Israel de Aegypto), & laborantes fratres
debebant occurrere cum aqua & pane, ut minuerent
& placarentur, tamen domesticos suos & hostes, ipsi
non solum non assistunt, sed etiam Bileam falsos magi-
stros subornant, qui blasphemiis doctrinae, ~~polluunt~~
verbum meum ~~& in~~ fratres. Ita inspiciunt ardentissime
odio fratres extrudunt in corpore & anima. Igitur hi
non sunt ponendi in ministerio neque in perpetuum

Consonant & nomina. Ammon populus maestus
sunt, quod tales magistri opera, tristes & afflictas
conscientias faciant, ~~Moabitae~~ Moab, ex patre, sunt
quia foras suspecti & velut, sic solos est ex deo, cum
est legitima & vera, sunt superbi & arrogantes
Moab in propheta & innumerabilibus & [illegible] Ammon
arguitur. Concordat & nativitas eorum, Quod
ex patre nati sunt, incestuoso concubitu patre est

C

lex. ex qua gignuntur Moabitae isti, quia accipiunt
legem, ut ipsa exigentem, non ut peccati militem
sicut Paulus eam uocat, Virtus peccati lex, alii
uero Virtus iustitiae lex, dixerunt. Balaam so-
nat Deuorator eorum, Quod impii Magistri, proferunt
semper in populo. Et deuorant multos, insuper & substan-
tias eorum similiter deuorat ~~Roscha ut hic opinor~~
~~falsa [illegible]~~ & corpora quam insuper opes prodiunt. ¶ In
his hodie & nos patimur, qui laborantibus nobis in
Euangelio adesse deberent, ipsi subruunt & derelinquunt
non solum, insuper maledicunt nos sicut blasphemos ma-
gistros, Sed Deus non audit eos, quia maledictionem eorum
uertit in benedictionem, ut magis proficiamus eorum
furore. Ideo non est facienda pax cum eis, nec bonum
eis ostendendum, sic scilicet, ut eorum furor, proficiat &
prosperetur, sed contra orandum, ut cadant a cogitationibus
suis & expellantur Ps. 5. Vocantur uero filii
Beor, quod fatuum sonat, Verum enim fatue loquun-
tur, & sibi ipsis contradicunt, sicut & Balaam fecit,
dum benedixit contra uotum suum. Nullus enim
hereticus non deprehenditur in mendaciis suis, contra
Scripturam loquens, a spiritualibus uiris aliquis laborantes

Edomitae sunt fratres, sed infirmi fideles hi post
tertiam generationem admittendi sunt, idest cum con-
ualuerint & robustiores uelut iam in fide facti fuerint.
Sic Aegyptii hospites nostri, qui infirmi sunt uerbo
Verbi, sunt abominandi ~~[illegible]~~ pro sua infirmitate, sed
sustinendi tandem & ipsi donant

In pugnam aduersus hostes caueri, omnem rem malam
ut si nocte pollutus sit exeat castra etc. idest. Qua in

C iii

¶ f4

f5

pugnam & tentationem, ne de nostris expelleret verbum,
ut ipsum vel neget, vel non recte tractet, ita humiliat
se & ab eo [illegible] sese separat, donec illud evadat, & tentatio
finita sit, tum lavatis & confessus peccatis suis, redeat
in castrorum suorum, quia cum timore & reverentia di-
bet verbum tractari & pugnari contra hostes, ne prae-
sumptione & irreverentia verbum amittamus, & di-
scedat Deus [illegible]

Hic necessitatis egestio est quae cum paxillo
effodienda & abscondenda, id est, naturalia nostra in
carne post spiritus religionem, sunt mortificanda verbo fidei,
abscondenda, ne Deus ea videat. Absconduntur autem
dum ea non sinimus regnare in corpore nostro. Hic
ergo minister verbi & lumbos mentis & lumbos
carnis debet accinctos habere, ut fide verbi servus
sit, & mortificata carne sanctus.

Eunuchus non traditur de virginibus; hic est mor-
tificanda caro ut non oneretur. Lex enim Dominus
carnis, in totum eam damnat & occisam vult. Sed
habenda est ratio carnis, ut vivat, non tamen ut
pereat, Quae vivere negaret, sine concupiscentiis sed
non regnet. Ut enim bona opera & fidem docemus
opus est carnem vivere, ceterumque sine vitiis ea vivat,
quae pala absconduntur. Sic Paulus ad Colossenses dicit
carni suum honorem deberi, seu infirmo vasculo

Meretrix & scortator significant, impios sanctos
in hypocrisi cultu Dei, quemadmodum ad literam in-
veniuntur fuisse quidam sancti cultus Dei in populo Iudaeorum
qui Cadesim appellabantur, ut legimus de Iosaphat
rege Iuda, qui eos sustulit de templo. Cadesim autem

f 6

& Ecclesiae sanctitatem & sanctitatis signum sunt, hoc
utilissime verbo, etiam sanctas & sanctos sunt. Cados
enim sanctus est. Esa. 6. Sanctus Sanctus Sanctus.
Igitur praestari religionem [illegible] signari per Ecclesiam, et
in qua [illegible] & sunt (ut dixi) [illegible]
& iusti [illegible] in spiritu ante Dei.

Merces sancti ~~& praemium suum non afferre~~ debet, ad
~~dominum dei [illegible] gloriam & [illegible] apud spiritu [illegible]~~
meditur esse gloria temporalis mundi [illegible] Dei. qui dixit
Hec gloria non debet afferri, nisi praedicari, quasi
Deo placeat aut nos deceat, non gloria & merces nostra
sit bona conscientia erga Deum. & fama omnium & [illegible]
omnia coram mundo, [illegible] sanctitates illis fingunt
& gloriam coram mundo quaerunt, coram vero coelis &
[illegible] sunt, sunt tamen. & hoc praemium tale
abominabile est Deo, quod est abiecta & mala conscientia.

Frater non est premendus usura, sed alienus. Dixit
Iusto non est lex posita, quae exigat opera, sed iniusto, ut
[illegible] peccata. Nam afferamus legem
est exigere usuram, plus possimus, donec fidem suscipiamus
& fratres facti liberemur ex usura Ps 71.

Vota allegoricam non sunt adiustam, nisi [illegible]
ratio est, potest tamen dici. Votum non est aliud
quam Deo debemus, nempe ut credamus, confiteamur,
laudemus ipsum, Deum nostrum esse, quae confessio &
laus significantur omnibus externis votis, quae Deo red
duntur, de hoc voto dicit Ps 49. Immola Deo sacri
ficium laudis, & redde altissimo vota tua. Et Ps 115.
Vota mea reddam Domino in conspectu omnis populi eius
Ut idem sit votum, quod sacrificium laudis & confessionis
hoc enim omnes Deo debemus, promittimus & possumus

f 8

De vinea proximi comedi et uvas exportari, significat, [illegible] quemadmodum iustitiam alterius iusti bonus in spiritu; Haec est vita sanctorum, quo fit, ut omnia omnium sint communia et tamen usus et fructus uvas tollatur aut minuitur alteri, sed relinquitur integrum, imo augescit usus et favor, tantum abest ut exportari et tolli possit quicquam ab ea

Cap. xxiiii

Si quis acceperit uxorem etc.

Legem repudii esse mere civilem, et ad duritiam illorum permissam satis probat Christus Matt. 19. Unde et [illegible] exemplum legimus [illegible] sanctos viros nobis relictum, nam et Abraham suam Hagar non dimisit, nisi iussus a Deo. Multa autem sunt in republica propter duros et intractabiles permittenda, ne maiora mala fiant, proinde discernendum est inter leges. Alias esse quae iubeant bona, alias quae permittunt mala. Inter eas quae iubent bona, prima est lex fidei, quae etiam charitati dominatur, ita ut si fides exigat erga Deum, neganda est charitas proximo, quia Deus, qui fide colitur, praeferendus est homini, qui charitate servitur. Post fidem est charitas, quae moderatur omnes leges tum ceremoniales quam politicas excepta fide,

Secundo Novus maritus uno anno liber est ab omni onere publico; Lex aequitatis et utilitatis [illegible] est. Aequum est enim indulgeri amori sponso cum uxore sua, utile est, ut res publica augeatur prole et [illegible] quod non fieret, si statim a nuptiis [illegible]

A

f 10

bello & praelio caperet obiiceretur, nec forte [illegible]
qui duxerit uxorem. Hic vero hanc legem generalem &
ad ~~tertio~~ alios casus extendendam satis patet ex cap.
xx. ubi a bello liber decernitur & sponsus, & edifi-
cat & plantator, fieri suam, de quorum alio nova
aspicio exemplo, quo paratur familia, intelligetur,
ut proverbium est passim hic lex, de libertate [illegible]
torum [illegible]. Sponso sic dandum est annum et

Tertio. non accipies loco pignoris inferiorem & supe-
riorem molam, Ista lex eadem generali proverbio
docet, ob debita, nulli esse auferendum [illegible], unde [illegible]
tur & sustentatur, suspendendum, sicut fieri est apud
nos barbaros, ut debitores vel mercenarios domos ve-
dant [illegible] quadrantem, vel [illegible] & op-
erum interdicamus, cum hic dicat, satis est, quod ani-
mus oppigneraverit, id est, totus ipse sit debitor, & ut [illegible]
ne ipso quaerendum ei sit, quo debitum exsolvat, unde
le & magnum [illegible] sit, illud suspendere, nempe, ut duplo
damno debitum simplex rogatur exsolvere, uno, quod mo-
la [illegible], caretur, alio, quod alicunde nova debeat [illegible]
vel sua vendit, ut solvat.

Quarto furatus aliquem de Israel, ut vel vendat
vel prosolvat, id est, hic supra [illegible] verbum expositum,
pro [illegible] [illegible] aut alteri tradiderit, interficietur,
Hec lex pertinet ad plagiarios, latrones, & predones. & [illegible]
qui rapiunt ~~homines~~, ut exigant premium, quales sunt
apud nos, [illegible] & [illegible] mercatorum, quos [illegible]
[illegible] ~~[illegible]~~

Quinto Lepra curanda, secundum doctrinam sacer-
dotum leviticorum, modo docent, sicut ego (inquit) pre-
cepi eis. Hec est leprosi sunt separandi a [illegible]

ciuium, cum sit contagiosa, & pestem [aut] immundum ac valedum regnaret respublica. Exemplum dat Miriam sororem Mosi, quae exclusa est, iussu domini; si Iudaei ergo non est periculum, ut maneret in castris; nulli est parcendum, Alii sic volunt, ostendi in lege quod cum mulier, ut lepra percussa, sicut Miriam percussa, aut si percussus fuerit vir, ut fecit sicut docet leprosum eorum Levitis.

Sexto Quinto, repetens debitum non ingrediatur domum: sed accipiat, quod placuerit, quae moderata est (sicut modo agunt creditores Danisti, qui cum debitoribus rapientes, auctoritate iudicis, quod volunt) Ad quod ille debitor protulerit pro sua facultate. Deinde reddi debet ante occasum solis, si pauper fuerit, & illo opus habuerit, permittit enim hanc legem lex repetitionis, quod evangelion prohibet. Verum in nullo populo tales leges [illegible] sunt necessariae, propter maiora mala vitanda, sed, nisi repetitio fieret, alerentur creditorum iniquitas & exhaurirentur piorum & bonorum facultates, quaerit [illegible]. Et si ferat pius in fide, ferre tamen non debet lex & magistratus, sicut & omnia alia mala fert pius, & tamen gladius vindex est in malos, quo tamen pius uti [illegible]

Sexto Merces pauperis non est differenda, ne clamet ad dominum, ut Iacobus & mox praecedens lex satis ostendit, quod sit sollicitus Deus pro pauperibus & afflictis, ut confidant sese in Deo amari derelictos aut oppressos in mundo. Simul docet, quod in necessitate oportet & debita remitti pauperibus, & ipsis succurri, [illegible] bene instituta, ut ordo respirandorum locum habeant contra avaros & nequam.

Septimo. Non occidentur patres pro filiis [illegible] sic puniuntur sicut mali, ut non laedantur simul & boni

f 12

fieret ac [illegible] vel [illegible]

[illegible] pro [illegible]

f 13

sunt in Evangelio Zizania propter triticum, ne laedatur, [illegible]
tolerantur crudeli, si eum puniat; nocens non sit, nisi [illegible]
ter simul innocens, primo tuendus est malus, quam laedantur
simul boni. Hic lex magistratus necessaria est, ne
rapiant animi; rigorem legis sequantur, & puniendo [illegible]
pereat, quam alter quam poenam meretur. Qualia sunt, dum
ob animi seditionem, tota res publica bello involvatur
& seditio

Ad nonum, Non ~~[illegible]~~ flectes causam advenae aut
pupilli, Nec vestimentum viduae pro pignore tolles,
Omnis est legis, ut viduis, pro clementia & benevolen-
tia multa constituantur, Causam pupilli ne flectas
simul involvit, non est damnosa illa afferendum pupil-
lum & aut advenam, Ut vestimentum viduae, genera-
liter etiam significat, omne, quo opus habet pro vita,
Sicut una etiam debita & inde sit illa lex, quod pauper
debitor victus & vestitus necessarios, quos non debet
relinquere, ut spoliatus exuatur, sed exuatur [illegible] &
dare // Et subdit causam, Memento quod & ipse servus
eras, quod sunt tibi vilius fuerit, sunt enim servi nostri
& rursus ad servitutem redigi potes, ergo tuo exemplo
disce, quid aliis debeas & facias.

Nono Relinquas in agro, ~~[illegible]~~, vinea, oliveto
&, non est colligendus, sed pauperibus relinquendus, ut
alii confirmant, quod non dubium est, Quod pauperibus non
modo sit victus & vestitus relinquendus, sed etiam de
superfluo nostro illi adiiciendum, ut nostras bonas pauperes
in necessitate sua, memores etiam, quod nobis nobis
benignus fuit, in necessitate, ut hic dicit, Memento, quod
& tu servieris in Aegypto, & rursus servire contingat
Hic vide satis copiosa & pressiora tractant Mosi prae-
ceptum septimum. Ne furtum facias, ubi prohibetur dam-
num in rebus externis, & iubetur commodum proximi [illegible]

Margin: f 14

Margin: ne vivat pauper //

Margin: 15

Allegoria

Uxor repudiata est Synagoga & omnis ~~[illegible]~~ secta iustitiariorum, foedatas seu turpitudo est species illa iustitia operum, plena impietate & foeminea sordes. libellus ipse repudii est testimonium scripturae ~~[illegible]~~, quod dat Christus illi in manus, quam & contra se portat, ~~Quod si aliquem eius pro recepta a Christo~~ nec eam ~~[illegible]~~ recepturus a marito priore, postquam alteri nupserit, etiam si eum moveat, Quia Christus non admittit iustitiam operum cum fide sua,

Maritus novus, Neophytus est in fide, qui non est in publico ministerio constituendus ut paulus dicit, potest etiam significare Christum, qui novellos fideles blande regit, & non statim cruci & tentationi obiicit donec roborentur, laetatur ergo cum eis anno uno idest perpetuo & gaudium donat in verbo recens accepto, Quia filii sponsi non lugent, donec cum eis est sponsus, Matth. 9.

Mola inferior & superior, recte dicitur significare spem & timorem vel legem & Euangelium. Lex enim verbum irae, superior mola est, timorem constituit & humiliat eo [illegible] cordis, Euangelium verbum gratiae, fide sternit conscientiam ne desperet. Utraque predicatio necessaria est. Generali autem figura significat, Ne quid nimis in utramque partem fiat, ut nec nimis rigide puniat peccatum, nec nimis blande foveat peccatorem, nec nimis speret, nec nimis terreat. ~~Debitum enim legem peccatum significat~~ debitum enim peccatum significat, ob quod tollitur mola inferior, si nimis exigitur, ~~[illegible]~~ rursus superior tollitur, si nimis indulgeatur.

Furari animam est verbo falso seducere a fide, & vendere in opus & iustitiam operum, quae mercimonia est & venditio facta furtis i. impios doctores [illegible] 10 furis fuerunt et condi-tio autem Euangelio ut emat, vel damnatur ij mors sempiterna.

B.

lepra sola potest, ut significet contagium spectaculis inspectatos, ubi diligenter cavenda est doctrina & ministeria ~~hominum~~, sicut eam cum fermento tota massam corrumpit.

Recipiens debitum accipit, non quod vult, sed quod debitor foras profert. Hoc est, peccator non est invadendus, neque opprimendus, sed serviendum quod ferre potest. Et si omnino pauper & infirmus est, totum & reddendum & ignoscendum est, propter infirmitatem carnis. Iuxta illud Gal. 5. 6. occupatus fuerit homo in delicto. Et ante solis occasum idest antequam desperet aut tristitia absorbeatur, ut paulus loquitur.

Mercedem laborantis statim dabis, idest pressos conscientia & fatigatos onere legis & multa vexatos conscientia, cum animabus verbum vitae & exhortatione ad fidem. Alioqui peccatum clamat in caelum, Quia oppressio conscientiarum maxima tyrannis est, quam deus maxime audit contra tyrannos animarum, cuius ira sit, quam punit ocius.

Non occidetur pater pro filio, Hoc est, licet omnes in peccato Adae moriantur, tamen revelato Euangelio, ut multiter hoc postea, Et deinceps, qui moritur, non non alieno, sed suo moritur, ut Ezechielis 18. cap. probat fore, ut quisque in suo peccato moriatur, Iam enim non obstupescunt dentes filiorum, quod patres manducaverunt uvam acerbam, Quia in spiritu res non agitur, ut propter infidelitatem moriatur, qui moritur.

Reliquias messis & vindemiae pauperibus relinquere est, ubi fide in Christum omnia obtinemus, reliquam ~~[illegible]~~ nostra, facimus servire proximo solo, ut & ipsi nobiscum vivant fide & verbo, quod ex nobis habent, Et non sit vivendum in totum, quasi soli vivere & salvi fieri velimus, sed ubi nos vivere fecerimus ut aliis quoque ad vitam & salutem prosimus.

Cap XXV.

